Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

KW 224
D 25

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25



Koninklijke
Bibliotheek
te 's Hage.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

Nobiliſſimo, Ampliſſimo, Doctiſſimo viro,

D. DANIELI HEINSIO, D. Marci Equiti, & Sereniſſ: GVSTAVI ADOLPHI Suecor. Gothor. Vandal. Regis Conſiliario & Hiſtoriographo; Politices in celeberrima Lugduno-Bat. Academia Profeſſori, Bibliothecario & Secretario;

IOANNES de LAET Antwerp.

Vir Ampliſſime,

BREVEM *hunc de Ampliſſimo Indiæ Regno Commentarium, à plurimis familiarium noſtrorum diu deſideratum, tandem inter graviores occupationes abſolui. Propoſitum fuerat Indiæ intra & extra Gangem deſcriptionem altius ordiri, & veterum deſcriptiones, præſertim poſt Alexandri expeditionem, excutere & cum hodierna locorum & regionum facie comparare: ſed quia majoris erat indaginis & operæ quam jam ferre poſſem, conſulto omiſi. Imperii ma-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

gni Mogolis deſcriptionem integram nullus ante hæc molitus fuit quod quidem ſciam: multi illius per occaſionem meminerunt; nonnulli quoque quædam de incolarum religione & ritibus; plura de Monarchæ hujus opulentia & potentia fuerunt commentati: ita ut hic commentarius in quo integrum imperii corpus & ſingula illius membra delineavi, merito novus dici poßit: perfectum non dico, neque enim omnia me aſſequutum opinor, quæ aut res ipſa aut Lectoris curioſitas poſtulet; plura forte & certiora in futurum adiici poterunt. Interim opellæ huic noſtræ, quam candidis lectoribus quidem non ingratam fore ſpero, familiaribus autem noſtris longe jucundißimam futuram confido, nominis tui patrocinium adſciſco, faciens quod improbi debitores ſolent, qui poſt longas moras pro aſſe reddunt quadrantem. Vale, vir Amplißime, & me, uti ſoles, amare perge. Lugd. Batav. Kalend. Septemb. Anno à Chriſto nato CIↃ IↃ CXXXI.

PRÆ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

PRÆFATIO
ad Lectorem.

HVMANISSIME LECTOR.

VT fidem meam liberem, hic in limine indicandum putavi, è quorum relationibus hunc commentarium concinnaverim. Nam qui ante nos aliquid de regno magni Mogolis exararunt, ab authoribus ſuis decepti multa incerta, quædam etiam falſa prodiderunt; neque enim inuſitatum eſt, eos qui longinquas peregrinationes obeunt, interdum falſa pro veris, incerta pro certis, lectoribus obtrudere. Mihi religio fuit quenquam ſequi, niſi quem fide optima tradere quæ viderat, aut à fide dignis acceperat judicabam. Præter Petrum Texeiram Luſitanum, fere ſecutus ſum Anglos & Belgas meos, qui utrique ſuperioribus annis & penitius in intima hujus Regni penetrarunt, & certiora nobis, veroque magis conſentanea aperuerunt. Anglorum plures obſervationes, aliquotque itineraria, debemus Doctiſſ. viro & de Geographicis ſtudiis optime merito, Samueli Purchaſio piæ memoriæ, qui in magno ſuo opere, patrio idiomate, quamplurima hujus generis edidit: inter eos autem qui relationes ſuas de hoc Regno

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

prodiderunt, facile fide & dignatione princeps eſt, Thomas Roeus Eques, Magnæ Britanniæ Regis ad ſuperiorem Indiæ Regem Legatus. Noſtratum obſervationes, & inprimis inſigne illud Hiſtoriæ Indicæ fragmentum humaniter nobis communicavit inſignis vir Petrus vanden Broecke, qui aliquot annis Surattæ hæſit & negotia Societatis Indicæ Orientalis cum fide adminiſtravit. Non dubito autem quin plura & certiora in futurum addi poſſint, multa quoque in hoc commentario corrigi, in quibus fortaſſis illorum quos ſequutus ſum vitio aberratum fuit; ſi eorum, penes quos latent plura aliorum itineraria, favor acceſſerit: Interim te humaniſſime Lector hiſce frui, & operæ noſtræ favere optamus. Vnum rogandus es ne nominum propriorum varietate & nonnunquam diverſitate offendaris, quæ inde nata eſt, quod ea aliter à Luſitanis aliter ab Anglis, & Belgis enuncientur, neutris interdum ſatis probe aſſequentibus Perſicorum atque Indicorum vocabulorum genuinam pronunciationem: neque enim tibi propterea quicquam de rei veritate decedet, neque difficile erit diverſa inter ſe conferre, & ſequi quod maxime probabis. Nobis præ feſtinatione haud licuit univerſa locorum aut hominum nomina

ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

ad unam normam exigere; alias id forTaſſe fiet, ſi majus otium & plura quæ ad hanc hiſtoriam requiruntur nacti fuerimus. Erunt & forte aliqui qui majorem ſtyli elegantiam requirent, ſed hæc ſcripta præſertim chorographica nitorem vix admittunt, quod ab aliis jam præſcriptum novimus.

CON-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

Contenta hoc libello.

I. *INdiæ ſive Imperii Magni Mogolis Topographica deſcriptio.* Pag. 1

II. *Cœli ſolique ratio.* 88

III. *De Incolarum ingenio, moribus, inſtitutis & ſuperſtitionibus.* 103

IV. *De Regimine politico & civili.* 122

V. *De Aula regia & Arce Agrenſi.* 126

VI. *De Moneta & numerandi modo & ponderibus.* 135

VII. *De Opulentia hujus principis.* 137

VIII. *De militaribus copiis hujus principis.* 145

IX. *De Indiæ Regibus.*

Indorum Regum ſeries ex D. Garciæ ab Horto Aromatum Hiſtoriæ lib. cap. XXVIII. 150

Genealogia & ſeries Regum Indiæ è proſapia Teymur Lanis. è Perſicis Petri Texeiræ. 155

Ex narratione Indorum. 159

X. *Fragmentum Hiſtoriæ Indicæ, quod à noſtratibus acceptum è Belgico latinum fecimus.* 165

Concluſio hujus Commentarii, & judicium de imperio Mogolis. 279

I. IN-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

I.

INDIÆ
Sive
IMPERII MAGNI MOGOLIS
Topographica deſcriptio.

INDIA intra & extra Gangem etiam antiquis nota fuit, præcipue poſt Alexandri Magni tempora, uti hiſtoriæ, quæ de rebus illius geſtis perſcriptæ ſunt ab illuſtribus ſcriptoribus, faciunt fidem. Plinius qui plurimas vidit, quæ hodie interierunt, ſcribit lib. VI, cap. XVII, Indorum gentem incipere ab Emodi montibus, & non tantum illi mari adjacere, quod occidentem adſpicit; ſed & meridiano, quod Indicum appellat, (ſicuti & nos hodie utrumque illud;) partemque illius quæ orienti adverſa recto prætenditur ſpatio, & flexum atque initium Indici maris $\overline{\text{XVIII}}$ LXXV mill. paſſ. colligere; deinde qua flectitur in meridiem $\overline{\text{XXIV}}$ LXXV mill. paſſ. ut tradit Eratoſthenes, uſque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

ad Indum, qui ab occidente finis Indiæ. Complures autem totam ejus longitudinem XL dierum noctiumque velifico navium curſu determinaviſſe; & à ſeptentrione ad meridiem LXXVII mill. paſſ. Sed non eſt nobis propoſitum, hîc antiquorum deſcriptiones adferre aut excutere; quum antiqua regionum, oppidorum atque adeo gentium nomina, præter pauciſſima jam penitus exoleverint, longeque alia hodie ſit rerum facies; ſed regnum Magni Mogolis, prout hodie cenſetur, ſecundum ea, quæ ſuperioribus annis à variis gentibus Europæis, Luſitanis, Anglis, & Belgis noſtris fuerunt obſervata, delineare.

Indiam hodie Perſæ atque Arabes vocant *Indoſtan*. Ea initium ſumit ad occaſum ab Indo flumine, ad cujus ripam eſt regnum *Sind*, cujus incolæ appellantur *Abind*: ſive à termino regni *Macron*, quod ab aliis appellatur *Getche Maquerona*, cujuſque incolæ ſunt Boloches ſive Baluches, quibus anno CIↃ IↃ CXIII imperabat Meleck Myrza, qui quum Regem Perſiæ ſuperiorem ante agnoviſſet, tunc jugum excuſſerat: hæc eſt provincia illa, quam veteres vocant Carmaniam, cuius portus eſt *Guader* XXV grad. ab æquat. verſus arctum. Sinde autem ab Arabibus & Perſis appellatur regnum

Diul.

Diul. Fluvium porro qui antiquis Indus, tam Perſæ quam Mogoles vocant *Pang-Ab*, id eſt quinque aquas, quia quinque flumina conjunctim devehit in mare. quorum unus (ut vult Texeira) eſt *Behat*, qui oritur juxta *Kabul*; ſecundus *Chanab*, qui à *Quexmir* (aliis *Caßimer*) deſcendit, provinciâ quæ quindecim dierum itinere diſtat à Lahor verſus arctum: tertius *Ravvy* (aliis Ravee) qui ſecus Lahor labitur, & longe ſupra illud oppidum oriri dicitur; reliqui è remotioribus regionibus veniunt, *Via* nimirum, & *Send* ſive *Sind*; qui poſtremus cæteris, ubi in illum confluxerint, nomen eripit. Omnes hi fluvii tandem ſe conjungunt ad *Bakar* æquali pene intervallo à Lahor & mari Indico. A Belgis autem noſtris obſervatum invenio Raveen, Behat, & Sind oriri è montanis Caſſimer, & juxta Multan conjungi; Multan autem oppidum à Lahor abeſſe CXL coſas, quarum binæ milliare Belgicum adæquent.

Mirum autem videri poſſit, quod Geographi omnes, qui ſuperioribus annis nobis tabulas Geographicas dederunt, in oſtio hujus fluminis Indi collocando tantopere aberraverunt, (uti jam ſatis conſtat) quum ad vigeſimum quartum gradum & XLV. ſcrupul. ab Æquatore verſus Arctum ſit conſtituendum, ad

quod ſitum eſt oppidum *Diul* circiter quindecim milliaria Anglica ſupra oſtium, à mari remotum. Verum de oſtiis hujus fluvii ſuo loco plura dicenda.

Porro Magni Mogolis imperium longe ampliſſimum eſt, ita ut quidam ſcripſerint, vix biennio Caravana obiri poſſe. M. Eduardus Therryus Anglus illi tribuit hoſce limites : ad ortum regnum *Maugh* ; ad occidentem partim Perſiam, partim oceanum ad meridiem declinando ; ad ſeptentriones Caucaſum atque Tartariam ; ad meridiem denique Regnum *Decan* , & Fretum Bengalæ. Traditque dividi in ſeptem & triginta largas provincias, quæ ſuperioribus ſeculis pene ſingula regna fuerunt ; quarum nomina, oppida atque flumina hæc ſint, ordiendo ab occidentali limite.

1. *Kandahar* cum metropoli ejuſdem nominis. *Hæc* provincia verſus Corum jacet, & dividit fines cum Perſia, cujus quondam pars fuit: adde & hodie, poſtquam Xa-Abas Rex Perſiæ illam rurſus Mogoli eripuit.

2. *Kabul* ſic dicta ab oppido principali, extrema hujus imperii provincia, verſus Corum ſive arctum fines jungens cum Tartaria: In hac fluvius *Nilab* oritur, qui verſus meridiem deſcendit, donec cum Indo ſe conjungat: dubito an

hic

hic idem ſit cum *Behât*, quem ſupra ex Petro Texeira juxta Cabul oriri monuimus, & unum eſſe eorum quinque qui in Indum confluunt. Omnino fuerit aut Coa aut Suaſtus Ptolomæo memorati.

3. *Multan*, à metropoli ejuſdem nominis: ad occidentem habens Perſiam ſive Kandahar, ad meridiem Buckar; atque adeo Indi ripam attingens.

4. *Hajacan*, ſive *Haagickan*; fines habet ad ortum quidem fluvium Indum, ad occidentem Laram provinciam Perſiæ. Nullum habet oppidum alicujus nominis; Bolochum ſive Balaochum regnum dicitur, de qua gente alibi dicemus.

5. *Buckor* vel *Buckar*, cuius metropolis appellatur *Buckor Suckor* ad Indi ripam ſita, à quo provincia dividitur & mirificè fœcundatur: jacet à Tatta ad Arctum paulum declinando verſus ortum: ad occaſum habet finitimos Baloaches, feram & bellicoſam gentem.

6. *Tatta*, ab urbe ſua principali ſic dicta, per quam Indus labens plurimas inſulas complectitur, amœnas juxta atque fæcundas; rurſusque in unum alveum coit ad Synde oppidum, artificum variorum frequentia celebre.

7. *Soret*, cujus metropolis vocatur *Ianagar*, exigua quidem provincia, ſed

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

opulenta: fines habes ad ortum ſive eurum Guzuratten, ad auſtrum oceanum.

8. *Ieſelmeere* (metropoleos nomen eſt) fines jungit cum Soret, Buckor, & Tatta, à quibus verſus occidentem jacet.

9. *Attack* à metropoli ſic appellata, ad ripam fluvii Nilab, qui à Coro deſcendens ab Indo excipitur, qui hanc provinciam dividit ab Haiacan.

10. *Pang-ab* cujus metropolis eſt *Lahor*, ampliſſima provincia & fertilis, quippe quæ à quinque illis fluviis, de quibus modo diximus, rigatur, unde & ipſi nomen. Ptolomæus quoque quinque fluminum concurſum nobis prodit, Coæ ſive Suaſti, (nam hi duo amnes paulo ſupra hanc provinciam confluunt,) Indi, Bidaſpi, Rhuadis, & Zaradri.

11. *Caſſimere, Chiſmeer* ſive *Quexmir*, cujus metropolis appellatur *Siranakar*. hanc fluvius Behat ſive Phat interluit, & variis gyris circum inſulas vagatus in Indum ſe condit; vel ut ab aliis obſervatum in Gangem, quod tamen minus veriſimile exiſtimo. Montoſa provincia eſt (fines jungens cum Kabul,) & admodum frigida, (unum & quadraginta gradus diſtare dicitur ab æquatore verſus arctum) licet comparatione regni Thebet, quod illi ad ortum finitimum eſt, temperata dici poſſit. Octo ab urbe primaria leucis,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

jacet lacus grandis, quinque leucas ambiens, in cujus medio inſula extat, in qua eſt palatium regium, ad anſerum lacuſtrium, quorum ingens in lacu copia eſt, aucupium comparatum. Iuxta flumen, quod per medium lacum verſus occidentem labitur, cernuntur arbores immenſæ magnitudinis, quarum frondes caſtaneæ frondibus quidem ſimiles ſunt, non tamen materies trunci ſimilis, quæ ſecta in tabulas, undas repræſentat, & arcis fabricandis eſt idonea.

12. *Bankiſh.* cujus metropolis dicitur *Beiſhar* vel *Biſhur*, à Caſſimere provincia verſus Eurum.

13. *Iengapor* vel *Ienupar* à ſua metropoli ſic appellata, ad ripam fluvii *Kaul* ſita, ſub Lahore, & inter illam urbem & Agram.

14. *Ienba* vel *Iamba* (cujus præcipua urbs eodem nomine cenſetur) à Pang-ab verſus ortum jacet, provincia montibus aſpera.

15. *Delly* cum urbe primaria ejuſdem nominis, inter Ienbam & Agram; in ea oritur fluvius Iemini vel Semena, ut alii vocant, qui per Agram deſcendens ad Gangem ſe confert. Delly autem urbs antiqua eſt, & ſuperiorum Indiæ regum quondam aula, quorum monumenta plurima adhuc hodie ibidem viſuntur.

16. *Bando* cum metropoli ejuſdem nominis ab Agra verſus occaſum pertinet.

17. *Malvvay* ſive *Malua* fœcundiſſima provincia, cujus metropolis eſt *Rantipore:* alii præcipuas illius urbes nominant *Vgen*, quam Thomas Roëus eques Angl. Malvæ ſive Mulvæ metropolin vocat; unâ ab hoc oppido coſâ labitur *Cepra* amnis, ad cujus ripam ſita eſt *Calleada* quondam Mandoæ Regum aula; amnis autem hic deſcendere dicitur in ſinum Cambajenſem.

18. *Chitor*, (cum metropoli ejuſdem nominis,) amplum & perantiquum regnum; ſed metropolis illius, cujus mœnia circiter decem milliaria Anglica complecti volunt, plane diruta eſt, ita ut tantum rudera centum & ſupra magnificentiſſimorum templorum, & aliorum pene infinitorum ædificiorum hodie ſuperſint. Hoc oppidum Achabar Rex Mogolum, poſteris Rannæ eripuit, & exſcidit: Princeps autem illius fugiens in aſperrima montium, conſedit in oppido Odepore, & demum anno cIↃ IↃ C XIV coactus fuit Mogolis imperium agnoſcere. Hoc regnum ſitum eſt à provincia Chandes verſus Corum, à Guzuratte verſus Boream.

19. *Guzuratte* pulcherrimum regnum & opulentum; quod hodie (inquit Texeira) Cambaja appellatur à Luſitanis,

ſitanis, ab emporio illius quod ipſi frequentare ſolent; quum metropolis illius ſit mediterranea, & *Hamed-Evvat* dicatur, id eſt, civitas Hamed regis, qui illam condidit; hodie corrupte vocant *Amadavar* & *Amadabat*. Hoc opulentiſſimum regnum à variis amnibus rigatur, uti *Nardabah* qui Baroah præterlabitur, *Tapte*, & aliis; ingentemque ſinum maris admittit, in quem, ſed perperam, Indum exire ſuperioris ævi Geographi ſunt opinati.

20. *Candiſh*. cujus metropolis appellatur *Bramport* ſive *Burhampur*, quondam regia Decanenſium regum, & à Mogolum imperatore ipſis erepta. Largũ eſt regnum & populis frequens, quod fluvius Tabeth ſive Tapte dividit in ſinum Cambajæ exiens: cum hoc regno fines jungit Parthaſpha mediocris princeps, & magno Mogoli tributarius; hæc maxime auſtralis dominiorum illius eſt pars.

21. *Berar*. cujus metropolis dicitur *Shapore* ſive *Shahpur*, auſtralis quoque hujus regni provincia, fineſque jungens cum Guzuratte & montanis Rannæ.

22. *Narvar*, cujus metropolis eſt *Gehud*, à pulcherrimo fluvio rigatur, qui in Gangem confluit.

23. *Gvvaliar* ſive *Gualoor*; cujus metropolis eodem nomine cenſetur; cui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

arx adjuncta eſt munitiſſima, in quà nobiles captivi cuſtodiuntur, & plurimi Reges theſauri, cum magna auri atque argenti facti atque infecti copia.

24. *Agra* provincia, ſic dicta à metropoli ſua, quæ haud admodum antiqua eſt; ab aliis videtur Purrop & Purbeth appellari; maxima & fere in meditullio hujus imperii ſita. Inter Agram & Lahoram, quæ duæ civitates hodie hujus regni facilè principes, quadringenta milliaria Anglica ſtatuunt; regio omnis media æqualis eſt, & via regia utrimque arboribus tecta, inſtar amœni ambulacri.

25. *Sanbal* ſive *Sambel* (idem & metropoleos nomen) provincia dividitur ad Narvar fluvio Iemini, qui ſub oppido Halebaſſe in Gangem ſe condit: à quo confluente hæc provincia pertinet ad Corum: hæc provincia, ab aliis Do-ab videtur appellari, id eſt interamnica.

26. *Bakar*, cujus primaria urbs appellatur *Bikaneer*, ad occidentalem Gangis ripam ſita eſt.

27. *Nagrakut* ſive *Nakarkut* montana provincia, & extrema hujus regni, verſus aquilonem. Metropolis illius eodem nomine cenſetur, in qua ſumtuoſiſſima capella viſitur, cujus ſolum & tabulatum laminis aureis eſt inductum: in ea idolum colitur, quod vocant *Matta*, ad

quod

quod venerandum multa Indorum millia quotannis confluunt, & particulas linguę ſuæ præciſas ipſi immolant. In eadem provincia jacet *Callamaka*, ad quam quoque plurimi religionis ergo peregrinantur, ubi è frigidis fontibus & duris rupibus, quotidie flammæ videntur emicare, coram quibus barbari & ſuperſtitioſum vulgus ſe venerabundum proſternit.

28. *Siba*, cujus metropolis eſt *Hardvvair*, ubi Ganges oriri creditur è rupe, quam ſuperſtitioſum vulgus, vaccini capitis figuram habere imaginatur, quod animal ſupra cætera gentes hæ maximi faciunt; eoque quotidie amnis illius undis corpora ſua abluunt. Montenſis eſt provincia, à Nakarkut verſus auſtrum.

29. *Kakares*, cujus præcipua oppida ſunt *Dankaler* & *Purhola*, latiſſima regio & montana, à Tartaria Caucaſi jugis diviſa; hæc maxime Septentrionalis eſt hujus regni pars; jacens à Caſſimere ad Boream.

30. *Gor* à metropoli ſua ſic dicta, montenſis itidem provincia; in qua oritur *Perſelis* fluvius, qui in Gangem influit.

31. *Titan* ſive *Peitan*, metropolin habens eodem nomine; *Kanda* fluvius illam rigat, & in finibus illius Gangi miſcetur

ſcetur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

ſcetur: montana eſt provinca, & à Ianba pertinens ad ortum.

32. *Kanduana*, cujus metropolis eſt *Kerahkatenck*, ſeparatur à Peitan fluvio Perſely: hæc provincia & Gor limites hujus imperii claudunt verſus Boream.

33. *Patna* ſic dicta à ſua metropoli, fertiliſſima provincia, inter quatuor fluvios ſita, quorum Ganges hanc ad occidentem, Perſely ad orientem concludunt; reliqui duo ſunt Iemini & Kandah.

34. *Ieſual*, cujus metropolis eſt Raiapore ſive Ragapor; Iacet hæc provincia à Patna verſus ortum, fineſque jungit cum Bengala verſus Eurum.

35. *Mevat*, cujus metropolis appellatur *Narnol*, regio montibus aſpera, à Gange vergens verſus ortum.

36. *Vdeſſa* vel *Vdeza*, cujus metropolis dicitur *Iokanat* vel *Iekanat*, extima provincia hujus imperii verſus ortum, & fines jungens cum regno *Maug*, cujus incolæ ferociſſimi ſunt & maxime barbari.

37. *Bengala* ſpatioſiſſimum & fertiliſſimum regnum, quod à freto Bengalenſi clauditur ad meridiem, in quod Ganges quatuor ingentibus alveis ſe exonerat. Hujus principales urbes *Ragmehell* & *Dekaka* ſive *Daack*: finitima eſt Cho-

romandel

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

romandel verſus Africum; pluresque habet portus, uti grandem & parvum, qui à Luſitanis frequentantur; *Philipatan*, *Satighan*, &c. continet plures provincias, inter quas eminent Purop & Patan, ſive Potan, unde potentiſſimi Reges quondam nomen habuerunt.

Alius qui è libris regiis provinciarum nomina ſe excepiſſe profitetur, totidem provincias enumerat; atque eadem fere nomina ipſis attribuit; præterquam quod Ieſelmeere non meminit; ſed ut numerus XXXVII provinciarum conſtet, addit provinciam *Roch* ad limites Bengalæ, quæ nullum oppidum habet alicujus nominis.

Petrus Texeira in relationibus de Regno Perſiæ, Indiæ provincias aliquot enumerans, licet longe pauciores quam jam nominavimus, *Vtrad* provinciæ meminit, & metropoleos illius eodem nomine, ſed ſitum illius non indicat. Idem & regnum *Cache* præſtantiſſimos equos gignere ſcribit, qui ab eo *Cachis* appellentur; id à Cambaja verſus ſeptentrionem videtur ſtatuere, niſi forte ſit idem, quod ſupra Chandis appellatur.

Cæterum longitudo totius hujus imperii inter Corum & Eurum ad minimum eſt mille coſarum, quarum ſingulæ duobus, aut duobus & ſemis milliaribus Angli-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

Anglicis comparantur; & à noſtratibus binæ pro uno milliari Belgico computantur. Inter ſeptentrionem & meridiem mille quadringenta milliaria Anglica occupat, quippe pars illius maxime auſtralis abeſt ab æquatore gradus viginti, ſeptentrionalis tres ſupra quadraginta, uti volunt; latitudo inter Aquilonem & Africum eſt milliarium mille quingentorum.

Patres Societatis produnt, imperium hoc ab ora Cambajæ verſus arctum procurrere ad quadringentas leucas; & ab ortu in occaſum à Bengala ad Sindum, id eſt, Indum, ad ſexcentas.

Atque hæc de Imperii hujus amplitudine in communi dicta ſunto; nunc ad ſingularum provinciarum deſcriptionem nos accingemus, initio facto à maritimis illius provinciis.

Guzuratte ſive Cambaja.

GVzuratte, ſive ut hodie audit apud Luſitanos, Cambaja, maritima Indiæ provincia, cujus pars, Cherroneſi in modum, in mare Indicum prominet, utrimque magnum ſinum admittens; quorum ille, qui auſtrum adſpicit, in ipſo aditu octodecim milliaria latus eſt, & ſenſim anguſtatur, quadraginta circiter longus, & in meſaquilonem directus.

Fines

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

Fines habet hæc provincia ad occidentem mare Indicum; ad ſeptentrionem amplum ſinum, & trans illum provincias Soret, & Ieſelmeere, atque Bando; ad ortum Chitor & Chandis; ad meridiem regnum Decan. Olim longe ampliores fuerunt hujus regni limites, pertinuit enim à mari Indico ad Gualer, octidui itinere ab Amadabat; & ad auſtrum uſque ad Daman.

Vrbes illius maritimæ aut ad utrumque ſinum hæ produntur, *Suratta, Brochia, Cambaja, Mangorol, Patan, Diu, Kerimar, Nagſarij, Meuhovva, Dongeſſar, Dlaſghan, Mangerolpore, Onnapar & Goga.*

Reditus annuos hujus provinciæ ex vectigalibus & tributis produnt eſſe centum quinquaginta tonnas auri, ut noſtrates loquuntur.

Emporium quod hodie ab Anglis & Belgis plurimum aditur, eſt *Suratte*, quod diſtat ab æquatore unum ſupra viginti gradus, & quadraginta ſcrupul. Situm ad ripam fluvii *Tapte* (quem alii quoque vocant *Tynde*,) qui in montibus Decan ortus per Barampore deſcendit circiter 220 milliaria, & viginti milliaria Anglica infra hoc oppidum ſeſe exonerat in mare Indicum, ad oppidum uſque mediocrium navigiorum ferax. Oppidum eſt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

eſt modicum, plurimas eaſque pulchras mercatorum ædes complectens; adjacet arx ampla, muro è foſſili ſaxo cincta, & plurimis bellicis machinis inſtructa, quarum quædam inuſitatæ ſunt molis; portam habet unicam, quæ patet in amœniſſimam planiciem, quam vocant Medon: oppidum ea parte patet, reliquis ſicca foſſa & terreo vallo ſeptum; tres habens portas, quarum una iter aperit ad *Variauvv*, exiguum pagum, ubi fluvius trajicitur ab iis, qui Cambajam petunt; altera verſus Bramporen; tertia ad *Nonſaray* vel *Naſſaray*, quod oppidum diſtat à Suratte decem coſas, ſive ut noſtri produnt ſex milliaria Belgica; ubi plurimæ telæ goſſypinæ texuntur. A Nonſaray ad *Gondoree* oppidum ſunt decem coſæ; & paulo ultra jacet *Belſaca* ad limitem Daman. Porro extra arcem Surattæ Telonium eſt, ubi portorium ſolvitur, cui forum rerum venalium adjacet. Iuxta oppidum viſitur ſtagnum, è vivo ſaxo eductum, habens angulos ſupra centum, cujus ſingula latera patent XXVIII ulnas, cum ſuis gradibus item ſaxeis; opus, ſive molem ſpectes, ſive ſtructuræ elegantiam, vere admirabile.

Circiter tria milliaria Anglica intra oſtium fluminis inſula jacet, quæ pluviis men-

menſibus tota à fluctibus tegitur: ad latus hujus ſeptentrionale ſtatio eſt, ubi naves grandiores onera ſua exponunt, & recipiunt, eam diſtare volunt ab æquatore unum & viginti grad. & decem ſcrupul. Ab hac ad Suratten fluvii alveus navium, quæ quinquaginta dolia capiunt, patiens eſt. Fluvium aſcendentibus occurrit ad dexteram arx, de qua jam diximus: ad ſiniſtram ripam paulo infra oppidum, *Raneli* jacet amœnum municipium, cujus incolæ appellantur *Naites*, qui diverſo à cæteris idiomate utuntur, maximam partem nauticæ rei addicti; plateæ illius anguſtæ, domus altæ, ad quas gradibus quibuſdam aſcenditur.

Balſara vel *Belſaca* diſtat à Suratte verſus meridiem quatuordecim milliaria Belgica.

Cambaja emporium, quod à Luſitanis maxime frequentatur, ſitum eſt in interiori ſinu qui Auſtrum adſpicit, octodecim aut viginti milliaria Belgica à Brochia ſive Baroche verſus arctum; periculoſo itinere & latronibus obnoxio; incolæ enim illius provinciæ perfidiſſimi ſunt, qui vel invito imperatore tributa ab iter agentibus extorquent. Diſtat ab Amadabat XXXVIII coſas, (ut ab Anglis proditum invenio) arenoſo, nemoroſo, & latronibus obnoxio itinere: à

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

mari ſeſquimilliare ſive duo milliaria, ad ſinum quendam, qui juxta urbem quatuor aut quinque milliaria latus, ſenſim anguſtatur: ad adverſam ripam jacet pagus Sarode; qui autem interjacet ſinus, ubi æſtus receſſit, vado tranſitur, ſed non ſine diſcrimine & perito viæ duce: nec minori periculo cymba trajicitur, ubi fluctus implevit, ob æſtuum vehementiam, qui hîc circiter ſeptem orgyas nonnumquam creſcere dicuntur. Vrbs duplo major eſt Suratte; triplici muro cincta latericio, ædificia habet alta & ſplendida; plateas rectas & ſilicibus ſtratas, quæ fere ſingulæ noctu portis concluduntur; in media tria ſunt fora rerum venalium longe ſpatioſiſſima. Incolæ maximam partem ſunt Baneanes. In ea tanta eſt ſimiorum copia, ut multum damni inferant & ſçpe obambulantes tegulis è tectis ædium lædant. Emporium ita frequens eſt, ut non raro ducentæ liburnicæ hic conſpiciantur.

Metropolis hujus provinciæ eſt *Hamed-Evvat*, vulgo *Amadabat* aut *Amadavar*, urbs Londino magnitudine pene par, quippe ſex milliaria noſtratia ambitu ſuo comprehendens. Diſtat ab æquatore viginti tres grad. & aliquot ſcrupul. verſus arctum; octodecim milliaria Belgica à Cambaja: ædificata eſt in planicie, ad ri-

pam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

pam modici amnis, & valido muro cincta, cum plurimis portis & turriculis. Arcem habet amplam & munitiſſimam. Oppidanorum ædificiorum ſplendor Africanis & Aſiaticis facile par: plateæ latæ & ſilice ſtratæ. Mercimoniis inprimis floret civitas, nam fere ſingulis decem diebus hinc ducenti currus omnis generis mercibus onuſti Cambajam petunt: mercatores qui fere, Baneanes, opulenti, artifices induſtrii incolunt, ita ut nullo negotio ſex millia equitum hîc cogi poſſint: portæ continuis vigiliis obſeptæ, nec cuiquam ſine venia præfecti ingredi aut egredi licet. Hæc cautio adhibetur ob vicinum Badurem, qui quinquaginta coſis ab hac urbe verſus ortum locum obtinet, ita à natura & induſtria munitum, ut magnus Mogol illum inde deturbare nequiverit: ipſe autem ſuperioribus annis cum centum millibus equitum, quos ſpe libertatis & ſpoliorum illexerat, Cambajam ex improviſo invaſit & miſere diripuit.

Inter *Amadanar* quoque & *Trapen* oppidum, Rahia quidam in montanis agit, qui ſeptendecim millia equitum peditumque in aciem poteſt educere; illius ſubditi *Colles* ſive *Quillees* appellantur, & ſolitudines incolunt, quæ illos à Mogolis imperio immunes tuentur. Ad dexteram

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

quoque alius Rahia incolit, decem millia equitum cogere potens, qui in deſerta planicie arcem inexpugnabilem tuetur, qui licet ſit vaſallus Gydney Caun; tamen ſæpe tributum ipſi pendere detrectat. Denique in agro hujus civitatis glaſtum conficitur, quod vocant *Cickel*, bonitate cum Bianenſi minime comparandum. Regimen hujus civitatis & territorii eſt penes gubernatorem, judicem qui Cahi vocatur, & Cutwallum.

Haud procul ab hoc oppido exordiuntur montes *Marua*, qui vaſtum terrarum ſpatium occupant, quippe ſecus viam, quæ *Agram* ducit ad centum quinquaginta coſas; verſus *Ougen* autem pene ducentas extenduntur, maxima parte inacceſſi. In vertice horum montium jacet inexpugnabile caſtellum *Gur-chitto*, Rannæ potentiſſimi Rahiæ ſedes, quem neque Potanenſes reges olim, neque Mogoles hactenus in ordinem cogere potuerunt, quandoquidem Indi, qui omnes gentiles fuerunt, olim hodieque hunc Principem haud ſecus venerantur, quam Romanenſes Papam Romanum. Dominium ipſius undique inacceſſis illis montibus clauſum eſt, aut ubi aliquis aditus patet, ſumma induſtria munitum. Princeps hic brevi tempore duodecim millia equitum poteſt cogere, poſ-

ſiderque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

ſidétque quamplurima ampla & pulchra oppida.

Vna ab urbe Amadabat leuca viſitur monumentum admodum ſplendidum: in quo humatus eſt quidam Cahis, pædagogus cujuſdam Regis Guzurattenſis, qui totam fabricam extrui curavit, ipſeque & alii tres humati ſunt in alio quodam ſacello. Opus totum marmore politiſſimo & elegantiſſimo eſt abſolutum; pavimentum itidem eſt marmoreum. Conſtat tribus areis, in quarum una numerantur quadringentæ & quadraginta columnæ marmoreæ, triginta palmos altæ, cum ſuis epiſtyliis & baſibus, opere Corinthiaco, vere regio & viſendo. Ex uno latere eſt ſtagnum, mirifico artificio elaboratum, opus minime barbarum, in quod è multis belliſſimis feneſtris amœniſſimus patet proſpectus.

Sarques vel *Sirkeſa* amplus pagus diſtat ab Amadabat tres coſas vel ſeſquimilliare Belgicum: hîc veterum Regum Guzurattenſium ſepulchra viſuntur in pulcherrimo templo, ad quod plurimi Indi ex omnibus partibus accurrunt. Ab hoc circiter unam Coſam diſtat magnifica domus cum horto amœniſſimo, quam ſtruxit *Chou-Chin-Nauvv*, unus è principalibus proceribus Mogolis,

qui hoc loco poſtremum Regem Guzu-rattenſium magno prælio ſuperavit, & regnum illius magno Mogoli ſubjecit. Porro in pago Sarques plurimum glaſti conficitur, quod & loci nomen ubique tuetur, eſt autem ſecundæ notæ poſt Bia-nenſe, & magna copia Europæ infertur.

Antequam ab hac metropoli Amada-bat abeamus, operæ precium erit hic ad-jicere, quod à Belgis noſtris obſervatum invenio; ſub ea cenſeri viginti quinque pagos principales, atque ſub his viciſſim alios minores bis mille nongentos nona-ginta octo; quorum hi illis tributi ratio-nes reddunt, illi autem Metropoli. Vni-verſus reditus annuus ad ſex milliones aureorum & ſupra aſcendit. Metropoli præerat anno 1626 *Chan-Syan* potentiſ-ſimus Mogolis vaſallus, cui una cum fi-liis, quos plures habebat, præfectura quindecim mille equorum erat attributa, (licet ordinario haud ſupra quinque aut ſex millia aleret) quique eo nomine in-gentem hunc cenſum ad ſe rapiebat. Cen-ſus autem hic potiſſimum è cultura agro-rum colligitur, nam in urbe nullum ve-ctigal pendunt merces, quæ aut inferun-tur aut efferuntur.

Poſt metropolim facile princeps cen-ſetur *Baroche* ſive *Brochia*, quæ diſtat ab æquatore unum & viginti gradus &

LV ſcrup.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

LV ſcrup. verſus arctum, à Suratte viginti tres coſas ſive duodecim milliaria Belgica, verſus aquilonem; à Cambaja quindecim milliaria noſtratia, verſus ortum; ſita eſt ad ripam pulcherrimi fluvii, qui procul è montibus deſcendens, ſex aut, ut alii volunt, octo milliaria Belgica infra urbem deſcendit in mare; circiter quatuor milliaria infra urbem juxta pagum *Hanſot*, qui ad auſtralem ripam jacet, findit ſe in duo veluti brachia, quibus complectitur inſulam, alibi ſemiſſem, alibi tantum quadrantem leucæ latam, & variis alveis interſectam; & tandem duobus oſtiis exit in mare, quorum exteriora latera diſtant à ſe invicem duo milliaria & ſemiſſem. Ædificata eſt urbs in edito colle, & muro cincta, ideoque & loci natura & opere munitiſſima; ad radicem collis ſuburbium habet urbi pene par, quod à mechanicis & nauticis hominibus habitatur. Vectigal hîc quotannis reddit ducenta millia mamudeorum (quorum ſinguli comparantur decem ſtuferis noſtratibus). Ager ſuburbanus fertiliſſimus eſt, & frugum omnis generis ferax. Sub ea olim aliæ tres urbes cenſebantur, quæ nunc ſeparatim ſuos præfectos habent; *Medapore*, quæ diſtat ab illa ſeptuaginta milliaria intra continentem; *Brodera*, (quę & Radgee-pore appellatur)

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

quæ diſtat tridui itinere; & *Iaunbauſſer*, quæ octo milliaria. A Suratte ad Brochiam iter eſt per *Periavv* & *Coſumbay*, pagos. Quatuor à Brochia coſis, præſtantiſſimæ gemmæ effodiuntur, quas vocant Achates. Regio vicina amœna eſt & plena pagis; abundat ſilveſtribus palmis, è quibus, uti & ex altera arbore, quę Tarrii vocatur, liquorem quendam eliciunt, quem Tarrien & Suren appellant.

In oppido quodam inter Brochiam & Amadavat, ſepultus eſt quidam ſanctus Mahumetanus, *Polle Medonii* appellatus, ad quem ex omnibus Indiæ provinciis accurrunt, alii ut opes, alii ut liberos, atque alia alii adipiſci valeant: quos videre eſt in itinere ferreis catenis magni ponderis onuſtos, alios clauſtro ori appoſito, quod non niſi cibi capiendi gratia demunt, alios aliis modis nexos, incedere: ubi autem devotè hunc ſanctum venerati fuerint, catenas ſponte rumpi, & clauſtra diſſilire, non minus vane mentiuntur, quam ſuperſtitioſe credant.

Ianbuyſſar ſive *Iaunbauſer* vel etiam *Gianniſer* amplus pagus, diſtat à Brochia novem aut decem milliar. Belgica, in itinere quod ab ea urbe Cambajam ducit; hìc quoque glaſtum fit, ſed minus laudatum.

Radia-

Radiapore ſive potius *Brodera* (ita enim vulgo audit, quia haud ſupra ſeſquimilliare condita à veteri Brodera urbem illam exhauſit, & cives ſenſim ad ſe traduxit) diſtat ab Amadauar quadraginta duas coſas; à Brochia triginta ſive quindecim milliar. verſus Africam; à Cambaja totidem milliar. verſus ortum: à Iaunbauſlàr quatuordecim. perpulchrum eſt oppidum in mediterraneis, in planicie arenoſa conditum, ad tenuem amnem, qui *Waſſah* dicitur, undique muro & multis propugnaculis concluſum, incolæ ut plurimum ſunt Baneanes. In diſtrictu illius numerantur ducenti & decem pagi, qui omnes oppidum intra viginti aut viginti quinque milliarium intervallum ambiunt; quorum facile princeps eſt *Sindikera* diſtans ab oppido ſedecim coſas, verſus ortum, ubi magna copia gummi laccę quotannis colligitur, in montibus, qui diſtant à pago quindecim aut ſedecim coſas.

Niriand magnum oppidum diſtat à Brodera quatuordecim coſas, ab Amadavat decem. hîc quoque magna copia glaſti colligitur.

Gandeve (dubito an idem ſit cum Gondoree, cujus ſupra obiter meminimus) diſtat à Suratte novem milliaria

Belgica, verſus meridiem; ab ora maris tria; ad ripam modici amnis: parvum oppidum, vel potius magnus pagus, cujus incolæ fere ſunt textores.

In eadem provincia ſita eſt & *Ieloure* arx, vertici montis inædificata, ad quam trium coſarum aſcenſu aditur per tramitem ſatis latum, & ſaxis ſtratum: ad finem primæ coſæ porta obvia eſt, & militum præſidium: ab hac trames utrimque muro clauſus eſt, ad finem ſecundæ coſæ, ubiduplex porta ædificata eſt. Arx ipſa tribus portis intratur, quarum prima ferreis laminis munita eſt, tertia autem acutis ferramentis aſpera: intra portas ſtat ad dexteram pulcherrima Meſquita, ad ſiniſtram gubernatoris domus in eminentiſſimo montis vertice: ibidem & Pagode cernitur ſtructa à Progenitoribus *Gydne-Caun*, qui gentiles erant; ipſe autem Mahumetiſmum amplexus, fratrem natu majorem evertit, eique caſtellum hoc eripuit, & magno Mogoli dedidit. Circiter dimidiam coſam intra arcem quadratum ſtagnum jacet è rupe exciſum, quod quinquaginta cubitos altum eſſe dicitur, aqua optima & limpidiſſima: paulo ultra planicies ſe ſternit pulcherrimis arboribus obumbrata, & in faſtigio pyramidalis collis ſepulchrum Regis Haſſuard, dum viveret ob forti-

tudinem

tudinem bellicam, poſt obitum ob ſancti-tatis opinionem in hiſce partibus venerabilis. Caſtellum hoc circiter octo coſas ambitu complectitur, & limes regni Guzurattenſis creditur.

Ad oram hujus regni vel potius promontorium Cherſoneſi, quod auſtrum adſpicit, ſitum eſt oppidum *Diu*, ubi Luſitani arcem habent. Oppidum hoc tam ab Indis, quam ab aliis, (inquit Texeira) appellatur *Dive*, (e poſtremum leniter pronuntiando) quod nomen communiter inſulam ſignificat, (atque ita dicunt *Ange-dive* quinque inſulas, *Nale-dive* quatuor inſulas, quas Luſitani vocant Maldiva, & ita in cæteris) per excellentiam autem ita vocatur hocce oppidum, & ad differentiam aliarum *Dive-Nevv-laka*, id eſt inſula novem millionum (ita interpretor vocem Cuentos, qua Luſitani in ſuis rationibus utuntur:) Narrant enim, domini quondam hujus inſulæ gnatam à parente munus aliquod petiiſſe, & ipſum illi indulſiſſe vectigalia unius diei, quæ pervenerint ad Lekas novem nummorum illius regni. Luſitani hic primum anno à Chriſto nato ſupra milleſimum quingenteſimo triceſimo quinto arcem muniverant, Badurio, qui tum Cambajæ imperabat, haud invito; dein & vetus oppidum quoque in ſuam rede-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

redegerunt poteſtatem, quod & hodie cum arce poſſident.

A Diu verſus ortum, paulum declinando verſus arctum jacet *Madafeldabar* ad arenoſum ſinum; à quo ad *Mohar* ſunt decem circiter milliaria, verſus boream: hic rudera viſuntur magni oppidi, in quo jam rari ſunt incolæ.

Chandis provincia.

GVzurattæ ſive Cambajæ provinciæ ad ortum proxima eſt provincia *Chandis*, quam Luſitani quoque *Sandam* appellant. Iter à Guzurattenſi provincia in hanc ita ſe habet. A *Suratte* ad pagum *Comvariauvv* ſunt tres coſæ; inde ad *Muttam* peramplum pagum ſeptem coſæ; ab hoc ad *Caroden* oppidum, cujus latus ſeptrionale amnis radit, qui Suratten deſcendit, octo coſæ. Id oppidum habet arcem & præſidium ducentorum equitum Patanenſium. Ab hoc ad magnum pagum *Curcam*, qui amnem habet ad auſtrum, duodecim coſæ. Intermedio ſpacio jacet *Beca* arx cum ſuo ſtagno ac luco.

A *Curca* ad *Nacanporen* ſunt decem coſæ; magnum eſt oppidum quod Pectosphavo paret. Ad dexteram hujus oppidi apparent continua montium juga, quæ circa Amadabat ordiri diximus, in quibus

quibus Badur degit, & plurima habet munitiſſima caſtella, ita ut Rex Mogolum cum maximis ſuis copiis illum in ordinem cogere minime poſſit. Hi montes verſus Baramporen tendunt & plurimos alunt indomitos elephantos.

A Nacanpore ad *Daytam* ſunt octo coſæ; intermedio ſpacio amnis valde ſcopuloſus difficulter admodum tranſitur: *Dayta* vaſtum eſt oppidum, quod arcem habet à fluvio pene circumdatam, & agrum perfœcundum. A noſtratibus obſervatum invenio, *Daytam* diſtare à Brodera centum & viginti coſas verſus ortum.

A Dayta ad *Badur* ſunt decem coſæ; fœdum id oppidum & latronum nidus; hic vini quoddam genus exprimitur è fructu Meua, inſalubre, niſi igne excoquatur. Hoc poſtremum eſt oppidum Pectoſpayi, mediocris Rahiæ ſive reguli, pagani hominis, qui inacceſſa montium incolit, qui à Curca orſi vaſtum terrarum ſpacium occupant. Duo pulchra oppida poſſidet, *Saleren* & *Muleren*, ubi Mamudies nummi cuduntur; utrumque munitiſſima habet caſtella, quæ anguſtiſſimo tramite adeuntur, ad cujus latera dextra lævaque octuaginta minora caſtella condita ad viam muniendam. In ipſis montibus non

modo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

modo fertilia arva, ſed & paſcua ſunt. Achabar Indorum Imperator, integro ſeptennio in obſidione horum locorum verſatus tandem pacem cum Rahia fecit hac conditione, ut Nacamporen, Daytam & Badur retineret, & iter per planiciem agentibus moleſtus eſſe deſineret: ita ut hodie cum magno Mogole amiciciam colat, & quotannis ipſi munera mittat, unumque filiorum obſidem qui Baramporæ cuſtoditur: quatuor millia præſtantium equarum poſſidere dicitur & centum elephantos.

A Badur ad *Nonderbar* civitatem ſunt octo coſæ; circa hanc multa monumenta viſuntur; arcem habet & pulcherrimum ſtagnum.

A Nonderbar ad *Lingul* numerant decem coſas: iter multo cœno impeditum; arcem habet ſed parvi momenti, & incolas latrociniis infames.

A Lingul ad *Sindkerry* ſunt decem coſæ; amplum id quidem oppidum, ſed inamœnum: ultra quod amnis labitur, cujus aquæ ſunt ſalſæ & inſalubres.

A Sindkerry ad *Taulneren* itidem ſunt decem coſæ: itinere latronibus obnoxio: urbs hæc pulchra, arcem habet adjunctam, & flumine alluitur, quod pluviis menſibus vado tranſiri nequit.

A Taulnere ad *Chupram* magnum item

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

item oppidum ſunt quindecim coſæ : ad pagum *Ravvd* ſex ; ad *Beavvle* magnum oppidum cum ſua arce decem ; ad *Raveren* magnum oppidum, ſedecim : ad *Baramporen* decem : à Barampore ad *Badurporen* perpulchram urbem duæ coſæ.

Barampore ſive *Brampore*, quem ſupra hujus provinciæ metropolin eſſe diximus, vaſta civitas ſed inamœna & ob agri humilitatem & aëris intemperiem valetudine incolentium infamis: ab aquilone habet arcem ripæ fluvii incumbentem, qui Suratten verſus deſcendit, amplam & bene munitam. In fluvio ſaxum eminet elephanti figuram referens, ita ut elephantos qui aquatum deſcendunt non raro fallat ; vulgus Indorum , ut fere alia naturæ exquiſita opera , illud veneratur. Duabus ab hoc oppido leucis Chan-Channæ potentiſſimi viri hortus jacet , ad quem via ducit arboribus undiquaque veſtita. in ipſo horto ſunt amœniſſima ambulacra & quadratum ſtagnum muro undique cinctum & arboribus tectum. Ab Anglis obſervatum invenio, oppidum hoc diſtare ab æquatore verſus arctum gradus viginti octo. Sunt qui iter à Suratte ad Bramporen ducentis viginti & tribus milliaribus Anglicis definiant recta verſus ortum ; & regionem omnem intermediam ſteriliorem eſſe teſtentur.

Belgæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

Belgæ noſtri hoc iter definiunt octuaginta milliaribus noſtratibus.

A Brampore iter agentibus verſus Agram magni Mogolis hodie regiam, primo occurrit via præceps & ſaxoſa per alta montium juga, qui ab Amadabat huc uſque procurrunt; extra hoc iter jacet munitiſſimum caſtellum *Haſſere* in vertice altiſſimi montis ſitum, quod ampliſſimum eſſe, & quadraginta aut quinquaginta millia equitum continere poſſe memorant; intus & ampla ſtagna ſunt & paſcua, habuitque ſub poſtremo principe Guzurattenſi (ut ferunt) ſexcentas machinas bellicas: Achabar Mogolum Imperator poſtquam diutina obſidione illud cinxiſſet, tandem deditione accepit. Narrant, in ſtagnis innumeros vermes generatos, ita ut populus aqua hauſta intumeſceret atque diſrumperetur; quæ lues illos ad deditionem compulerit. Angli notant, à Brampore diſtare ſedecim coſas; noſtrates tantum quinque.

Porro à Brampore ad *Barren* magnum pagum ſunt XII coſæ, itinere, uti ante diximus, moleſto; ad *Camlam* exiguum pagum XI: ad *Magergom* magnum pagum quatuor: ad *Kergom* peramplum municipium decem: omnis hæc via difficilis, impedita & præceps: ad *Berku*

exi-

exigıum pagum tredecim; ad oppidulum *Taxaporen* octo. In hoc intervallo *Narvor* fluvius tranſitur, qui ad Brochiam deſcendere creditur.

Taxapore modicum eſt oppidum, perpulchrum habens caſtellum; fluvius oppidum lambit, ſed ut cum camelis vado tranſeatur, paulum declinandum eſt ad ſiniſtram, ubi cataractes eſt & alveus fere milliare Anglicum in latitudinem occupat.

A Taxapore ad *Mandoa* ſunt tres coſæ; anguſtus eſt trames, qui ſaxoſum & præcipitem montem aſcendit; (montes hîc inter Aquilonem & Africum producuntur.) Ad clivum montis porta antiquæ civitatis *Mandoa* obvia eſt, cui arx ſuperimpoſita eſt cum palatio: mœnia autem civitatis montem circumgyrant multorum milliarum ambitu. Ad ſiniſtram introitus, in vertice pyramidalis montis munitiſſimum caſtellum eminet, & aliis locis decem aut duodecim alia. Duabus circiter coſis intra hanc quam diximus portam, civitas plane diruta eſt, paucis monumentis & templis exceptis, & ingentes ruinæ paſſim viſuntur. Vetus civitas inter ſeptentrionem & meridiem patet quatuor coſas; inter ortum & occaſum decem aut duodecim. Circa urbem ſunt

ſedecim ſtagna hac illac ſparſa. Hodierna civitas *Mandoa* perpulchra quidem eſt, ſed veteri longe minor, habens plurima pulchra ædificia è vivo ſaxo condita, & altas portas, quales vix alibi videre eſt. Ingredientibus ab auſtro ad ſiniſtram occurrit pulchra Meſquita, & è regione illius ſumtuoſum palatium, ubi quatuor Reges tumulati, in opulentis monumentis. Ad latus conſurgit turris centum & ſeptuaginta gradus alta cum ſuis porticibus & feneſtris, egregiis columnis & fornicibus ſuffulta. Ad ſeptentrionalem itidem urbis plagam porta eſt munitiſſima, præcipiti deſcenſu, & extra hanc aliæ ſex portæ, omnes bene munitæ & validis muris cinctæ. Ad dextram lævamque murus eductus cum ſuis propugnaculis, licet mons ſit difficilis aſcenſu, & à natura ſatis munitus videatur, atque adeo locus nulla vi ſuperabilis. Narrant, Hamawnen Mogolum principem, partim vi, partim fraude hoc oppidum eripuiſſe Schec-Sha-Selimo, cujus progenitores illud ante annos quadringentos Indis eripuerant. Hic Sha Selimus potentiſſimus Rex Delly, Hamawnen ita profligaverat, ut in Perſiam fugere cogeretur. unde cum Perſicis auxiliaribus reverſus, Selymum viciſſim prœlio ſuperavit; qui tamen toto tempore regni illius & bona parte Achabaris,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

baris, in montibus nunc hic, nunc illic latitans perdomari non potuit. Extra mœnia civitatis ad hanc partem, ampla ſuburbia fuerunt, quorum nunc tantum rudera apparent. A Belgis noſtris obſervatum invenio, Mandoam à Brochia verſus ortum diſtare milliaria noſtratia quinquaginta; ab Anglis, milliaria centum quinquaginta.

Malua provincia.

CHandem provinciam ad Septentriones excipit *Malua*, fertiliſſimo ſolo, & quod plurimum opii producit. Iter verſus Agram, quod jam ingreſſi ſumus, ita porro ſequitur. A Mandoa ad *Lunehairam* exiguum Sarayum (ita publica hoſpitia vocant) ſunt IV coſæ & via impeditiſſima. Ad *Dupalporen* exiguum oppidum quatuordecim, & via expeditior: ad Ouglu perpulchram civitatem duodecim: ad pagum *Conoſeiam*, undecim, ad *Sunnenarry* parvum oppidum, octo: via difficilis & latronibus obnoxia; nam in montibus qui ad ſiniſtram jacent, incolunt barbari, qui itinerantibus perpetuo inſidiantur; Gracias vocari produnt: ad *Pimpelgom* pagum ſunt decem coſæ. intermedio ſpatio extra viam regiam jacet magnum oppidum *Sarampore*, cum munita arce ad auſtrale illius la-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

tus : ab hoc ad pagum *Cukra*, qui omni genere annonæ & vino è Meira confecto abundat, ſunt ſeptem coſæ : ad *Delout* magnum pagum duodecim : dimidia pene pars itineris difficilior ob montes & rupes, latronibuſque obnoxia, cætera facilis. Ad *Burrouvv* exiguum pagum ſeptem : abundat annona, præter carnes, quæ raræ toto hoc itinere. Ad *Suckeſeram* oppidulum ſeptem : ad *Syrangem*, unam è præcipuis hujus provinciæ urbibus, novem ; amplum hoc eſt oppidum, & amœnis hortis cinctum, in quibus Betle creſcit magna copia.

A Syrange ad *Cuchenary* Sarayum octo coſæ : ad *Saduram* quinque : ad *Collebagen*, ſeptem : ad *Qualeren* duodecim; oppidulum amœnum, Tamarindis & Mangis arboribus incinctum. ad *Cyprÿn* ſeptem : via difficilis & latrociniis infamis. id oppidum mœnibus cinctum eſt, ædes illius pulchræ & ſectili ſaxo tectæ. Ad *Norvvar* duodecim coſæ ; via ſolitaria & latronibus obnoxia : oppidum hoc ad radicem montium conditum eſt, in quorum vertice caſtellum jacet, ad quod anguſtus trames lapidibus ſtratus ducit, aſſcenſu difficilis & tribus portis cum idoneo præſidio obſeptus. Nulli peregrino id ingredi permittitur ſine Regis venia. Oppidum ipſum amplum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

plum & ſpatioſum, totuſque clivus muro & propugnaculis cinctus fuiſſe dicitur; limes enim regni Mando fuit, pluriмаſque machinas bellicas habuit, nunc muri fere ruinam minantur.

Gualiar provincia.

MAluam verſus ortum excipit provincia *Gualiar*. Iter, quod cæpimus, ita perſequuntur.

A Norwar ad *Palachan* ſunt coſæ ſeptem: ad *Antro* permagnum oppidum duodecim; ad *Gualeren*, ſex: hæc urbs huius provinciæ metropolis, cui & nomen dat, amœniſſima eſt & arce munita: ad orientale illius latus, in vertice ardui & præcipitis montis jacent rudera ædificii, in quo plures viri magni dicuntur humati: ad occidentale clivus arduus & undique præruptus, ſex vel plures coſas occupans, & valido muro in ambitu cinctus. Ad ipſum initium tramitis, qui ab urbe ad hoc munimentum ducit, prætorium eſt, altiſſimis muris clauſum, in quo præſidiarii excubant. ab hoc anguſtus trames, lapidibus ſtratus & dextra lævaque muro tectus aſcendit, tribus inſuper portis cum ſuis præſidiis diſcluſus: ante quartam & ſupremam portam ſtat

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

elephanti è ſaxo induſtrie exciſi effigies: hæc porta ſumptuoſiſſime ſtructa eſt è viridi & cæruleo ſaxo: in faſtigio aliquot turriculæ eminent deauratæ. Hic loci præfectus habitat, ibidem & nobiles captivi cuſtodiuntur. Tres hujuſcemodi carceres Rex habere dicitur. Vnum hoc loco. Alterum *Rantipore* quadraginta coſis ab hoc loco, quo mittit magnates quos neci devovit, qui plerumque ibidem duobus menſibus cuſtodiuntur, quibus elapſis præfectus arcis eos producit, & in faſtigio muri conſtitutos & lacte potatos, præcipites agit in ſubjectas rupes. Tertium in arce *Rotas*, in provincia Bengalenſi, quo mittuntur ii qui ad perpetuum carcerem ſunt damnati, & rariſſime ex illo evadunt. Porro jugum montis ad quem Gualere condita eſt, fertili eſt ſolo, & tria quatuorve habet ſtagna, & multa pulchra ædificia. Ad latus oppidi quod Corum adſpicit, compaſcuus ager viſitur longe ſpatioſiſſimus, undique muro clauſus, in quo pulcherrimi ſunt horti & viridaria. Hoc oppidum cum arce olim limitem conſtituebat inter regnum Delly & Mandoam. A Gualere ad *Mendaker* ſunt novem coſæ: ad *Doulpore* decem.

Agra

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

Agra provincia.

E provincia Gualere ſive Gualiar, in Agrenſem tranſitur per fluvium *Camberen*, quem, limitem inter utramque provinciam conſtituere opinor; eſt autem hic fluvius, ut Angli teſtantur, Tamiſi pene æqualis.

Trans fluvium hunc, iter anguſtum & difficile inter montes duarum coſarum pertinet ad *Doulporen*, oppidum gentilibus habitatum, quod & caſtellum habet munitiſſimum juxta & ampliſſimum, quippe undiquaque lata foſſa & intra foſſam quadruplici muro cinctum, difficili acceſſu, & circiter tres quartas partes milliaris in latitudinem continens. Ab hoc ad *Iaiouvv* novem ſunt coſæ; & ab illo ad *Agram* totidem.

Agra diſtat ab æquatore verſus arctum viginti octo gradus & triginta, aut, ut alii, quadraginta quinque ſcrupul. Ante Regis Achabaris tempora tantum pagus fuiſſe dicitur. Iam ſpatioſiſſima & populoſiſſima eſt civitas, cujus plateæ (quæ fere anguſtæ ſunt, præter illam in qua forum rerum venalium celebratur) populum vix capiunt. Iacet forma ſemilunari ad ripam fluminis *Iemini* vel *Sæmena*, qui à *Delly* deſcendit, cui plurima & pulcherrima magnatum palatia imminent,

peramœno proſpectu, ad ſex aut plures coſas in longitudinem: ad eandem & regia arx ſita eſt totius orientis maxima & ſuperbiſſima, quippe pene quatuor milliaria Anglica occupans, undiquaque muro è quadratis ſaxis ſtructo circumdata; intra quem duplex vallum jacet: interius eſt Regis palatium & prætorium, aliaque ædificia incredibili magnificentia ſtructa. Vrbs ipſa neque muro neque vallo cincta eſt, ſed tantum profunda foſſa. Suburbia præterea habet ampliſſima. Rex Achabar hic primum anno cIↃ IↃ LXVI ſedem cepiſſe dicitur, & ad illius munimen & ornatum, aliquot portas molitus fuit, quæ Madhar Dervvaſa, Tziartzou Dervvaſa, Nim Dervvaſa, Pouto Dervvaza, atque Noery Dervvaſa dicuntur. Porro urbs longe majorem longitudinem occupat quam latitudinem, quia omnes opportunitatem fluvii ſectantes, ad ripam ſubſtruxerunt. Magnatum palatia hoc ordine jacent. primo ab arctoa plaga ordiendo palatium Bador-Chan, qui Haſſeren arcem quondam obtinuit: huic vicinum eſt palatium Radziæ Boſios parentis Ray-Rottangh, qui quinque millium equitum præfectus Barampory cum imperio præfuit: deinceps Ebraham-Chan trium mil-

millium equitum præfecti : Roſtom-Kandahary quinque millium : Radiæ-Kiſſendas trium millium : Ethegat Chan fratris minoris natu Aſſof-Chan quinque millium : Chazady Chanons, regis ſororis , & quondam uxoris Madoſtar Chan: Goulziar Begem matris regis : Codhæ Mamet Thahar duorum milliaria equitum præfecti : Codhæ Benziu , mille : Ozier-Chan quinque millium : Tzoach Poerazis amplum ædificium, in quo defuncti regis Achabaris concubinæ degunt : Ethebar Chan Eunuchi & dum viveret Agræ præfecti : Bager Chan trium millium equitum præfecti : Mirzæ Abouzayth mille quingentorum : Aſſof Chan octo millium equitum præfecti , longe ſumtuoſiſſimum palatium : Ethamædaulet, quinque millium: Sultani Chrom principis & viginti millium equitum dum pater viveret præfecti: Chan - Sian quinque millium : Codhæ Abdulhaſſen quinque millium : Rochiæ Sultan Begem ſororis regiæ innuptæ. Sequitur deinceps regia arx , cujus muri ad viginti quinque cubitorum altitudinem è rubro ſaxo educti ſunt , ſuper locum nonnihil editum; opus ſtupendum, & amœniſſimo in omnes partes proſpectu, præſertim ad ripam fluminis , ubi opere

cancellato ſtructum eſt cum feneſtris aureis, è quibus Rex certamen Elephantorum ſolet proſpicere: paulum intra hos cancellos extat Regis prætorium, quod Guſſul-can appellatur, quadrata forma ex lapide alabaſtrite ſtructum, & aureis laminis ſuperbum in modum obductum: ſub quo ſitum eſt gynæceum (Mahael vocant) Nourzian Begem dilectiſſimæ ſuperioris Regis Ziangier conjugis: reliqua arcis variis ædificiis occupantur, inter quæ præcipua ſunt gynæcea, uti unum Mariam Makany uxoris Achabaris & matris Ziangier: dein tria quibus regiæ concubinæ concluduntur; quorum unum Lettewar dicitur à die Solis, alterum Mangel à die Martis, tertium Zeniſſer à die Saturni: nam hiſce diebus unum horum Rex ſolet accedere: quibus & quintum gynæceum accedit, in quo peregrinæ fæminæ aluntur ad Regis libidinem explendam, id Bengaly mahal dicitur. Arcem egreſſos excipit forum majus, ubi equi, cameli, boves & omnis generis merces venundantur: ſequuntur deinceps palatia Mirzæ Abdullæ filii Chan Azem trium millium equitum præfecti; Agæ Nours, totidem; Zehennæ Chan duorum millium; Mirzæ Chrom filii Chan Alems, totidem; Mahabot Chan octo millium: Chan Alem, quinque:

que:

que : Radiæ Bartzing trium millium: Radiæ Mantzing duorum millium equitum præfecti.

Obſervatum invenio ab Anglis, hanc urbem diſtare à *Lahore* quingenta millia: à *Brampore* mille: ab *Aſmere* ducenta: à *Suratte* ſeptingenta ſeptuaginta.

Ad adverſam fluvii ripam *Secandra* urbs jacet, eleganter ſtructa, & fere Baneanibus mercatoribus habitata; nam hic fere appellunt merces omnes è Purob, Bengala, Purbet atque Bouten, & Reginæ vectigal pendunt, antequam fluvium trajiciant: hæc quoque urbs pene duas coſas in longitudinem occupat: ſua habet palatia magnifice ſtructa, uti Sultani Perweſy & aliorum: viridaria item amœniſſima, inter quæ præcipuum eſt Ethamæ Doulet patris Aſſof Chan & Reginæ Nourzian ſuperioribus annis defuncti, cui hic magnificentiſſimum monumentum ſtruitur, tanto ſumtu, ut decem milliones rupiarum ei finiendo nequaquam ſuffectūras arbitrentur, qui initia viderunt. In eadem provincia ſita eſt *Fettipore*; ea diſtat ab Agra duodecim coſas; nobiliſſima quondam civitas, quam Achabar muro cinxerat, & hic ſedem regni collocaverat, quam poſtea Agram tranſtulit: murus hodieque ſupereſt, ſed ipſa urbs pene vaſta eſt, ædes illius collapſæ,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

lapſæ, & ſolum in arva & hortos conversſum, ut in medio urbis conſtitutus, non in oppido ſed in agro verſari videaris: patet ab una porta ad alteram tria milliaria Anglica, ſed noctu hac iter agere valde periculoſum eſt. Suburbia quoque ampliſſima fuerunt, ſed nunc penitus ſunt collapſa. Intra portam quæ boream reſpicit, ampliſſimum forum cernitur ad milliare in longitudinem ſilicibus ſtratum & utrumque latus ædificiis ſeptum: ad finem hujus Regia cernitur multis ſumtuoſis ſtructuris adornata, & ſupra illam ſplendiſſima totius orientis Meſquita, ad quam XXV aut XXX gradibus aſcenditur, ubi portam habet altiſſimam & pulcherrimam, quæ è longinquo videri poteſt: intra quam eſt area ampla, vivo ſaxo ſtrata & porticibus undique cincta, cum altiſſimis columnis è ſolido ſaxo & ingentibus laquearibus. E regione portæ monumentum viſitur magnificum, in quo conditus ſanctus quidam Mahumetanus, ex illorum ſecta, quos Kalendares vocant, qui ſuo ære hanc Meſquitam ſtruxiſſe dicitur. Inferius ſtagnum jacet, quod ſolum huic oppido aquam potabilem ſubminiſtrat, nam reliquæ ſcaturigines & rivi ſalſi ſunt & inſalubres; quæ aquarum penuria Regem compuliſſe di-
citur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

citur ut urbem deſereret: unde breviſſimi ævi intra quinquaginta annos nata & pene extincta. Prius Sykary dicebatur, id eſt, indago, ſed Achabar à peregrinatione redux & filio auctus qui poſt ipſum regnavit, Fetiporen dici voluit, quaſi dicas voti compotem. Extra muros verſus eorum palus jacet duas treſve coſas longa, piſcibus atque volucribus abundans, quam fere totam herba tegit, quæ hermodactylos fert; itemque altera quæ Camolachacherin; qui fructus ambo valide refrigerant. Hermodactyli fructus triangulari cortice tectus eſt, lignoſæ ſubſtantiæ, & ad ſingulos angulos acuta ſpina armatus. adhuc viridis tener eſt, & ſaporis haud ingrati, ſed haud dubio frigidiſſimus. vulgus Indorum appellat Singarram. creſcit paſſim, etiam in ſtagnis circum Agram. Camalochacheri cyathi formam æmulatur, continetque intus ſex aut octo veluti glandes, candida membranula à ſe invicem disjunctos.

Ad eandem provinciam pertinet *Bayana* ſive *Byana* præſtantiſſimo glaſto nobilis. Iter ab *Agra* ad hanc ejuſcemodi eſt. Ad *Menhaporen* magnum diverſorium ſeptem coſæ: juxta quod campeſtre palatium viſitur (ipſis Moholl) Reginæ matris, cum ſuo horto elegan-

ter

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

ter & amœne culto. Ad Cannovam undecim coſæ.

Notandum autem, in itinere ab Agra ad Aſmeren, quod hac agitur, intervallo centum triginta coſarum, ſingulas coſas lapidea columna eſſe notatas, & ad octonas coſas gynæceum eſſe conſtructum ſedecim fœminarum cum ſuis ſervitiis capax, opera magni Regis Achabaris; qui quum filiis careret, ab Agra pedes inceſſit ad Aſſemeren, ubi Hogee Mondee Mahumetanus ſanctus tumulatus eſt, quem inprimis venerantur.

Cannowa campeſtre eſt oppidulum, circum quod optimum glaſtum ſive *Nil* colligitur, ob ſoli ſoliditatem & aquarum ſalſuginem, quarum beneficio fit, ut *Nil* multo ſit friabilius quam quod dulcibus aquis temperatum fuerit & coactum.

A Belgis noſtris obſervatum invenio, *Cannovam* diſtare à *Byana* verſus occaſum decem coſas, & ſub ſe complecti hos pagos, Mahal, & Phoubas, qui diſtant ab oppido duas ſinguli coſas; Tzourtſouda ſeſquicoſam; Dabet duas; Mahalpore & Garaſſa ſinguli unam: Dannachan duas; Bockolyt unam; Barawat ſeſqui coſam: Zrazewolian ſeſqui coſam; Phettaporen quinque.

A Cannowa ad *Ouchen* ſunt tres coſę; ad *Canderen* cænoſum pagum, ſex. Duabus

bus ab hoc coſis palatium jacet, quale ante ad ſingulas octonas coſas à Rege ſtructum fuiſſe diximus: quadratæ formæ ædificium eſt, intra cujus primam portam atrium eſt Regi Darſany deſtinatum, cum aliquot cubiculis adjunctis minoris notæ; intra ſecundam ipſum gynæceum eſt, formæ itidem quadratę: ſingula autem latera ita diſpoſita ſunt, ut quatuor cubicula præbeant regiis concubinis, & in uniuerſum ſint ſedecim: in medio autem cujuſque lateris & ad ſingulos angulos ſunt patentia atria quæ vocant Devoncam, opulentis auleis ſtrata: in medio totius palatii eſt Regis cubiculum & liberrimus ad fœminas acceſſus, quarum cubicula ſemper aperta ſuut.

Byana quondam amplum & pulchrum fuit oppidum, nunc pene collapſum eſt, præter duo Saraya & longam plateam ſive Bazar, id eſt, forum rerum venalium, cum caſis aliquot, nam pulchriores ædes aut jam conciderunt, aut ruinam minantur & à paucis incoluntur. Ab hoc tamen oppido præſtantiſſimum glaſtum ſive Nil quod India nobis mittit, nomen ſuum accipit: id autem quemadmodum à noſtris obſervatum invenio, conficitur in terrarum tractu, qui xx aut xxx coſas in longitudinem occupat; in quo

quo cenſentur quinque principalia loca, quæ ſingula plures pagos ſub ſe complectuntur. eorum unus eſt *Cannova* , de cujus pagis jam diximus. alter eſt *Byana*. quod oppidum hos pagos ſub ſe numerat: Ebrahamie Dabat diſtans ab oppido coſam unam ; Ferſo, quatuor; Otchim,ſex ; Patchiona, quinque ; Bizampor, quatuor; Mehepore,quatuor; Tzonova totidem ; Pinyora ſex ; Nau Nava totidem ; Beretcha quinque ; Azenauhe quatuor; Baziola totidem; Pedaulet quatuor ; Gordaha , quinque ; Hellec Zeos pene decem ; Pehertzy ſeptem ; Raduwel Khera quatuor ; Nimbera ſeptem; Berouwa quinque ; Ratziona ſeptem ; Indiara quatuor; Tziereer Panna quinque; Birampor quatuor; Catchioera denique quatuor. Tertius locus eſt *Baſſouvver* diſtans decem coſas à Byana verſus ortum, ſub quo hi pagi cenſentur: Wyris diſtans à Baſſouwer tres coſas : Ratſoulpor quatuor ; Heſſauda totidem; Tzerrees duas , Barolu unam & ſemiſſem ; Ziara tres ; Pantha duas & ſemis; Tzettohe tres; Sonoher, ſex ; Tſonhety, ſex. Quartus eſt *Hindoun* diſtans decem coſas à Byana , ſub quo cenſentur pagi ; Khera diſtans coſas duas ; Ziamalpoura totidem ; Kottopoer , totidem ; Haszianepore tres; Sierpoer ſex; Tzeroot quin-

que;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

que; Zietwaly & Kardauhe ſinguli ſex. Quintus *Tora*, diſtãs à Byana coſas octodecim, qui & aliquot pagos comprehendit, quorum nomina non traduntur.

Sunt & alia loca in hac provincia, quæ glaſtum ferunt, uti trans fluvium Semenam Koheloff, Gorza, triginta coſas ab Agra; ſed id Byanenſi nequaquam bonitate par cenſetur, & Europæ hactenus non fuit illatum.

Tres quatuorve coſas ab oppido Byana verſus Corum rudera magnifici palatii & aliorum ædificiorum apparent; itemque verſus Africum è regione oppidi *Scanderbade*, pari pene à Byana intervallo, ſimiles ruinæ cernuntur in vertice rupium: via ad illas ducens, anguſtus præcepſque trames eſt, ſilicibus ſtratus, non niſi pediti aditu facilis. intra anguſtam portam ſtatim ad dextram & ipſum clivi præcipitium, habes pulcherrimum ædificium, in quo aliquot monumenta integra hodieque ſuperſunt. Ab hoc aſcenditur per viam lapidibus ſtratam ad regias ædes, quæ nunc fere corruerunt, & tantum à paucis paſtoribus, quos ipſi *Goagers* vocant, habitantur. Ad radicem montis verſus *Scanderbaden* amæna vallis ſe pandit, muro incincta, in qua plurimi ſunt horti.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

Oppidum autem *Scanderbade* ſuperiori ævo regia fuit Potanenſis cujuſdam Regis longe potentiſſimi, habuitque mœnia ad octo coſ. in longitudinem, præterquam ubi rupes ipſæ acceſſum prohibent, ſecundum oram clivi, producta: nunc tantum paſtorum latibulum eſt, poſtquam Achabar Rex, Scha-Selimum tyrannum, armis ex hoc munitiſſimo loco excedere coëgit, & ipſum oppidum ſicuti & Mandoa penitus vaſtavit atque diruit.

DELY *vel* DELLI *provincia.*

AGrenſem provinciam ſequitur Dely vel Delli celeberrimum regnum, per quam provinciam ab Agra ad Lahor iter eſt, hoc fere ordine.

Ab Agra principis regia ad *Ravvnoctan* XII coſ. ad *Bady* Sarayum X. ad *Achabar-poren* XII. coſ. Id quondam magnum fuit oppidum, hodie tantum ob plurimos ſanctos Mahumetanos hic tumulatos frequentatur, & religioſis peregrinationibus aditur. Ad *Hondle* XIII coſ. ad *Pulvvool* XII. ad *Ferreedabade* totidem; ad *Delly* X coſ.

Intermedio itinere ad ſiniſtram deflectendo, antiquæ civitatis *Delly* vaſtum cadaver cernitur, quam Indi novem caſtra & quinquaginta duas portas vocant, hodie

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

hodie tantum paſtorum habitaculum. Haud longe ab hiſce ruderibus lapideus pons tranſitur, ſuper Iemini vel Semenæ fluvii brachium ſtratus, à quo lata ſemita, & proceris arboribus opaca, ducit ad monumentum Hamawnis avi Selimi, qui anno cIↄ Iↄc IX imperabat; ac paulo ultro ad regium palatium, quod ruinam hodie minatur.

Civitas *Delly* quæ hodie incolitur, ampliſſima quoque eſt, quippe quæ duas coſas in longitudinem pateat; valido muro cincta, ſed qui multis locis ruinam minatur, uti & plurima ædificia intra muros jam corruerunt: tam intra quam extra urbem circiter viginti monumenta Potanenſium Regum extant, admodum magnifica. In hoc oppido Indiæ reges coronari conſueverunt, quod alibi nefaſtum putabant. Ab hoc oppido ad Regum Potanéſium domum venationibus comparatam duæ ſunt coſæ; ea à Sultano *Berusa* potentiſſimo Indorum monarcha ſtructa dicitur; ubi inter alia antiquitatis monumenta obeliſcus viſitur altiſſimus, Græcis ut quidam affirmant litteris inſcriptus, & ab Alexandro Magno, ut opinantur, hic collocatus. In variis Indiæ regionibus ſimiles reperiri tradunt, & haud ita nuper circa Fettiporen quendam è ſolo erutum fuiſſe centum cubitos

altum, qui dum ad regiam urbem magno molimine traheretur, in itinere operarum incuria ruptus fuit.

Pang-Ab ſeu Peniab provincia.

A *Delly* oppido ad *Lahor*, provincię Pang-Ab caput, iter ſequitur in hunc modum.

A *Delly* ad *Naleron* XIV coſ. ad *Gonovvren* totidem; ad *Panneput* totidem; ad *Carmal*, totidem; omne hoc iter ſupra modum à latronibus infeſtatur: ad *Tanaßar* cum ſua arce itidem XIV. Iuxta hunc locum pulcherrimum ſtagnum jacet, & circa id plura viſuntur idololatreia, Pagodes vocant Indi, ubi idolorum monſtra videre eſt, quæ ipſi ſuperſtitioſiſſime venerantur. Nec procul inde putei viſuntur, è quibus ſal armoniacus promitur. Ad *Shabad* ſive *Geobaden* X coſ. ad *Amballam* XII. ad *Hollovvay* Sarayum XIV. ad *Sirynam* VII. oppidum hoc ſtagnum habet perpulchrum, & in illius medio ædiculam, ad quam per pontem lapideum quindecim fornicibus ſubnixum aditur. ab hoc ſtagno coſæ intervallo diſtat hortus regalis, ad quem ducit rivus & ſemita ſilicibus ſtrata, quadraginta pedes lata, & arboribus utrimque amœnum in modum ſepta: hortus ipſe quadrata eſt forma (cujus ſin-

ſingula latera ſupra coſam longa ſunt) & lateritio muro incinctus, intus omni genere fructiferarum arborum & herbis floribuſque conſitus. (ſunt qui annuatim quinquaginta millibus rupiarum elocari ſcribant.) in medio, ubi viæ latæ à ſingulis lateribus in crucem coëunt, altis cupreſſis ad latera tectæ, domus regalis cernitur affabre ſtructa, cum amœniſſima porticu, quæ illam ambit, & octo gynæceis; totidemque cubiculis in ſuperiori parte, & in ipſo faſtigio amœno admodum cœnaculo.

A Syrina ad *Doropay* ſunt XV coſ. ad *Tulloceque* Sarayum XIII. ad *Nicodar* XII. ad *Sultanporen* XI. ad *Fettiporen* VII. Sarayum hoc Selimus, qui ſuperioribus annis Indiæ imperavit, ſtruxiſſe dicitur, ad memoriam conſervandam prælii feliciter hic à copiis ſuis pugnati, adverſus primogenitum ipſius Sultanum Cusheroom, qui hoc loco profligatus fuit. id accidit hac occaſione, uti narrant; Selimus quum parentem ſuum Achabarem graviter offendiſſet, conſpectum illius metuens in Purropiam ſe ſubduxerat, & munitiſſimum Halebaſſæ caſtellum interceperat. quapropter Achabar nepotem ſuum Cusheroom hæredem imperii ſcripſerat. Sed

Achabare defuncto, & Cusheroome nondum ſatis in imperio confirmato, Selimus amicorum ope Agræ caſtellum invaſit, & parentis theſauris potitus filium ſuum verſus Lahorem profugientem inſequitur, qui hoc loco à copiis paternis fuit profligatus, tandemque captus & in carcerem conditus, in quo luminibus fuiſſe orbatum multi fuerunt ſuſpicati, ſed falſo, uti poſtea apparuit. Ab hoc loco ad *Hogemoheede* ſunt x coſ. ad *Cancannam* Sarayum XII. ad *Lahorem* VII.

Lahor longe maxima eſt civitas orientis, quippe quæ ambitu ſuo ſecundum foſſam, quæ Regis mandato ſuperioribus annis egeſta fuit, & murum qui Selimi auſpiciis perductus fuit, XXIV coſas complectitur. Temporibus Potanenſium regum tantum pagus fuit, *Multhan* tum florente, donec ab Hamaune amplificaretur. Civitas & ſuburbium ſex coſas in longitudinem patet. Arx regia validiſſimo latericio muro cincta eſt, & duodecim aperit portas, novem quidem in agrum ſuburbanum, tres ad ripam fluminis; plateæ urbis pulchræ & ſilicibus ſtratæ; incolæ illius maximam partem ſunt Baneanes & artifices: ædificia pulchra & edita, ex lateribus affabre conſtructa: gentilium pleraque ſex aut ſeptem gradus alta, perdifficili aſcenſu, ſecuritatis cauſa

ita

ita educta, & ne prætergradientes introſpicere queant.

Arx ſita eſt ad ripam *Ravee* amœniſſimi fluminis, quod in Indum confluit. illud quamplurimæ cymbæ deſcendunt, ſexaginta & plurium doliorum capaces, verſus *Tattam* Sindæ emporium, poſtquam pluviæ deſierint: circiter quadraginta dierum iter eſt, ſecus Multhan, Seetporen, Buchur, Raureen, &c. Flumen *Ravee* ab oriente deſcendit è montibus Caſſimer, ut quidam tradunt, & ſecundum ſeptentrionale civitatis latus labitur. Ad ripam illius intra Arcem, regale Palatium jacet, mediana porta ad flumen exitum præbens. Ab oppido in hoc intratur per amplam portam, & inde per aliam minorem in quadratam aream, in qua excubitores regii agunt; hinc ad ſiniſtram per aliam portam, in interiorem aream, in qua Regis Darbar cernitur, circa quod plurimæ ſunt ſtationes nobilium excubitorum. Hinc in aliam aream penetratur, in cujus medio Regis Deuoncan viſitur cum aliquot cubiculis, in quibus Rex veſperi ab hora octava ad undecimam ſolet conſidere. In hujus ædificii pariete Rex pictus eſt, tranſverſis cruribus conſidens ſub magnifico throno, & ad dextram illius Sultani Poruefius, Caroonius, & Timoret illius filii; juxta illos Sha Morat &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

Dan Sha regis fratres ; ſecundum iſtos Emyrza Sheriff frater Can Aſom major natu: (quem narrant adeo opulentum & ſplendidum fuiſſe,ut concubinatum ſuarum, quas aluit ſupra centum , veſtes, quibus ſemel modo amictæ fuiſſent, numquam ab aliis contrectari paſſus fuerit , ſed humo defodi juſſerit , donec putreſcerent: ad hæc quingentos lychnophoros (Maſſalgeas vocant) aluerit, adeo ut quum Agra domum repeteret , quæ minimum coſam unam ab oppido diſtat , ne unus quidem cum face ſua locum mutaret, ſed viam integram munirent :) juxta hunc Emyrſa Roſthan, quondam Rex Candahar; tum Can Canna; Cuttuph Caun; Rahia Maniſengo ; Caun Aſom ; Aſoph Caun; Scheck Fereed ; Kelish Caun; & Rahia Iuggonath (quo defuncto ſepté illius amicos, cum ipſius ſorore & nepote è fratre, in rogum ipſius ſponte inſiliiſſe referunt.) Ad ſiniſtram autem Regis Rahia Bouſingh, qui flabello muſcas abigit; Rahia Ramdas, qui gladium illius ſuſtentat; Cleriff Can , Mocrib Boucan , Rahia Boſſu, Rahia Ranſing ; Majo Keſſo & Lalla Berſing. Quin etiam in eadem porticu ad dextram parietis, in quo Rex ad ſuperiorem modum pictus eſt , ſuper fores cernuntur effigies Salvatoris noſtri

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

ſtri & virginis matris. Plurima præterea ſunt atria & gynæcea in hoc palatio, quæ deſcribere nimis longum eſſet. Sed una porticus minime prætereunda, in cujus pariete picti ſunt Regis hujus Selimi progenitores, nimirum Parens Achabar, avus Hamaune, & proavus Babur, qui primus Indiam eſt ingreſſus cum triginta proceribus, habitu Kalenderum, ut alibi dicemus. Extra occidentale arcis latus, trajectus eſt in adverſam ripam, à qua regia via ducit ad Kabul; regio autem omnis trans flumen longe eſt amœniſſima.

Alii paulo diverſam itineris rationem produnt à Delly ad Lahorem, hoc ordine: A Delly ad *Bunyram* x coſ. ad *Cullovver* xii. ad *Pampetten* exiguum ſed pulchrum oppidum xii. ad *Carnal*, totidem. ad *Taniſſaram* xiv. ad *Shabaden* x. ad *Gangur* ſive Mogolis Sarayum xv. ad *Sinam* antiquum oppidum & textura goſſypinorum pannorum nobile, xiv. ad *Duratiam* xv. ad *Pullovver* xi. Sed antequam ad illud perveniatur, *Sietmegus* latiſſimus amnis cymbis trajiciendus, qui verſus occaſum dilapſus, tandem in Indum ſe condit. Ad *Nicoudar* exiguum oppidum xi. ad *Sultanporen* antiquum oppidum, quod amnis à ſeptentrione præterlabitur,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

bitur ...... ad *Chuirmal* XI. Sed ante fluvius *Van* trajiciendus, qui latiſſimus eſt, & verſus occidentem tendens in Indum illabitur. ad *Cancanna* Sarayum XVII. ad Lahorem VII.

Regio omnis inter Agram & Lahorem bene culta eſt, Indiæ longe fœcundiſſima, & omnibus rebus abundans; plurimum ſacchari producit; via utrimque arboribus ſepta eſt, quæ fructus ferunt moris non abſimiles. Singulis quinque aut ſex coſis Sarayum occurrit, à Rege aut aliquo nobilium conditum, in quo iter agentes cubiculum & ſtabulum ſortiuntur; quæ ubi quis occupaverit, à nemine extrudi poteſt.

Kabul provincia.

ITer ab urbe Lahore ad Kabul valde infeſtatur à Potanenſibus latronibus, & licet Rex certis intervallis, viginti tria præſidiariorum ſtativa collocaverit, nihilo ſecius non raro itinerantes à latronibus hiſce ſpoliantur, qui & anno cIↃIↃCXI oppidum Kabul inopinato aggreſſi illud ſpoliarunt. Iter autem hoc modo dimetiuntur.

A Lahore, trajecto flumine Ravee ad *Googes* Sarayum ſunt X coſ. ad *Emenbaden* pulchrum oppidum VIII: ad *Chumaguckor* magnam urbem XII. ad *Gu-*

zarat

Zarat inſigne emporium XIV. intermedio ſpacio & VII ab hoc oppido coſis, *Chantrouvv* latiſſimus fluvius trajicitur.

A Guzarat ad *Hovvasporen* XII. ad *Loure-Rotas* oppidum cum valida arce in vertice montis ſita, XV: hic quondam limes Potanenſis regni fuit. Ad *Hatteam* XV: ad *Puckouvv*, IV: ad *Raulependen*, XIV: ad *Collapannen*, XV. ad *Haſſan-abdal* pulchrum oppidum ad ripam modici amnis ſitum, juxta quod jacent pulcherrima ſtagna, piſcibus innumeris fœta, quorum roſtris Achabar aureos annulos indidiſſe dicitur; aqua autem ita limpida & pellucida eſt, ut fundum ubique videre liceat; IV. coſ. ad *Attock* oppidum cum munitiſſima arce, quam Indus lambit, XV: ad *Pishoren*, XXXVI: ad *Alleeck* meſquitam, X: via perduellibus Regis obnoxia, qui decem aut duodecim millia equitum cogere poſſunt. Ad *Duckam*, XII: ad *Beshoulen*, VI: ad *Abareeck*, VI: ad Alebogam, IX: quam *Covv* ingens fluvius alluit à Kabul deſcendens: ad *Gelalabaden*, IV: ad *Loure-charebagen* totidem: ad *Budde charbag*, VI: ad *Nomlam*, VIII: ad *Gondomam*, IV: ad *Surcrood* Sarayum totidem: hic amniculus labitur rubicundis undis, quas ſtomacho debili prodeſſe autumant: ad *Zagdelen*, VIII: ad *Abereeck*, VIII: ad *Dovvabam*, VIII:

per

per vaſtum montem : ad *Buttacaucken*, VIII: ad *Kamreen*, III: ad *Kabul* denique totidem.

Kabul oppidum eſt longe ampliſſimum, habens duas munitiſſimas arces & plurima ſaraya; Regia fuit progenitorum hujus Regis, qui hodie Indiæ regnum poſſidet.

Vltra hoc oppidum circiter viginti coſarum intervallo jacet *Chare-Cullouvv* amæniſſima urbs; & ab hoc totidem coſis *Gorebond* ampliſſima civitas, ad limites provinciæ Vſbeck, cujus metropolis eſt *Samarcanda*.

Kabul regnum (inquit *Texeira*) quondam Perſiæ fuit ſubjectum. iter ab eo ad Lahorem olim trimeſtri ſpatio conficiebatur, ſiquidem ob metum latronum magnum terrarum ſpacium erat circumeundum; nunc viginti aut viginti quinque diebus abſolvitur, poſtquam plurimæ præſidiariæ arces certis intervallis ad regiam viam ſtructæ ſunt. Ab hac provincia agnomen accepit ſpecies mirabolanorum, quæ officinis *Kebuli* dicuntur: Arabes & Perſæ hunc fructum vocant *Alilah*, & Indi corrupte *Arare*.

A Kabul ad Caſcar duorum aut trium menſium iter eſſe ferunt cum caravana: Caſcar ampliſſimum regnum Tataro paret; illius principale emporium appella-

tur

tur *Tar-Chaun*, è quo plurimum Serici, Muſci, Rheubarbari & aliarum mercium peti ſolet; quæ merces omnes è Chinarũ regno in hanc provinciam ſubvehuntur, quippe quæ tantummodo trium menſium itinere à limitibus Chinæ abeſſe prædicetur.

Quod ſupra diximus de longo olim itinere à Lahore ad Kabul, evidenter confirmat itinerarium Benedicti à Goes Luſitani è Societate Ieſu, apud Trigantium; qui à Lahore profectus VI Ian. anni 1603 menſis tempore pervenit *Athoc* ſive *Attock* ut ante appellavimus; & inde duorum menſium ſpatio ad *Paſſaur*; dein viginti dierum itinere *Gidelen*; & totidem dierum itinere ad Kabul; à Kabule profectus venit *Ciarcar*, atque inde *Parvan*, quod eſt poſtremum oppidum Mogolis Imperio ſubditum.

Chyſmere ſeu Caßimere provincia.

AB urbe Lahore itidem iter pertinet ad Caſſimerem ampliſſimam provinciam, quod inſtituitur hoc ordine: Primum ad ſuperiorem modum ad inſigne emporium *Guzarat*; deinde ab hoc oppido verſus boream declinando, ad *Bimbar*, XVI coſ. ad Ioagek-Hateley, XIV: ad *Cingueſque-Hateley* X: ad

Peckly

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

Peckly totidem: ad *Conovvan*, XII. à quo ad montana *Haſchaunck-gate*, in quorum vertice perpulchra planicies cernitur, VIII numerantur coſæ. ab hac ad metropolin Caſſimeren (quam alii appellant *Syrinaker*) per amæniſsimam regionem iter eſt VII. coſ.

Civitas illa ſita eſt ad ripam fluminis *Bahat*; ager illius campeſtris ſecundum radices montium, circiter centum quinquaginta coſas in longitudinem, & quinquaginta in latitudinem ſe dicitur extendere, & omni genere frugum abundare; fæminæ illius regionis candido colore eſſe dicuntur.

Regio hæc frigidior eſt, gelu atque altis nivibus hyeme obnoxia; vicina quidem Caſcari, ſed tam aſperis montibus ab illa diviſa, ut nullus aditus Caravanis pateat; rari pedites interdum ſumma cum difficultate aſperos hos montes penetrant. In montanis hiſce degit Regulus, Tibbon nomine, haud multis opibus affluens, qui tamen ſuperioribus annis Selimo Indiæ monarchæ miſit gnatam ſuam, ad affinitatem cum ipſo contrahendam. Eadem regio fines jungit cum Regno utriuſque Thebet. præcipuæ ejus merces ſunt crocus.

Ex itinerario Benedicti à Goes, cujus ſupra meminimus, patet, quo pacto è regno

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

regno Kabul ad Caſcar iter inſtituatur, quod hic notare operæ pretium duximus. Hic è Parua limitaneo oppido Kabul profectus difficillimo itinere quinque dierum per altos & aſperos montes deſcendit in regionem *Aingaran*, & poſt quindecim dierum iter venit Calcian, cuius incolas ſimiles dicit eſſe Belgis noſtris. Vnde decem dierum itinere venit *Gialalabattiam*, ubi Bramenes tributum exigunt nomine regis *Bruarates*. deinceps quindecim dierum itinere attigit *Talhan*; inde *Cheman*; quod oppidum paret Abdulahano Regi Samarhan, Burgayiæ & Bacharates & aliarum provinciarum: & moleſto octidui itinere *Balaſcian* & *Ciarcunar*; à quo decem dierum itinere venit *Serpanill*, & viginti diebus *Sarcil* provinciam plenam pagis. A qua bidui itinere diſtat *Ciecialith* mons iugi nive candens; hoc ſuperato cum magna hominum jactura præ intenſo frigore, venerunt *Tanghetar* in regno Caſcaris, & quindecim dierum itinere *Iacobich*; & demum *Hiarchan* ſive ut ſupra diximus *Tar-chaun* metropolin regni Caſcaris. Hinc cum Caravana profectus medio Novembr. 1604. vidit Iolci, Hancialix alceyhet, Hagabethet, Egriar, Meſetelec, Thalec, Horma, Thoantac, Mingrieda, Capetalcol, Zilan, Sarc, Guedebal,

debal, Canbaſci, Aconſerſec, Ciacor, & Acſu, permoleſto xxv dierum itinere per rupes & arenoſa loca; deſerta Caracathay vocant. hinc adiit Ortograch Gazo, Caſciam, Dellas, Saregabedal, Vgan & Cucian; atque inde xxv dierum itinere Cialin, cui Regis Caſcaris nothus cum imperio præerat. Inde viginti diebus venit Pucian, tum Turphan munitum oppidum; Aramuth, & denique Camul extremum Cialis regni oppidum; à quo novem dierum itinere venitur ad murum, qui Chinarum regnum munit à Septentrione. Sed ad inſtitutum revertamur.

Regiones, quæ à Lahore verſus ortum & meridiem jacent.

ADverſo flumine *Ravee*, & ſecundum ripas illius verſus ortum aſcendentibus, obvia fit provincia Rahiæ Boſſow, cujus metropolis appellatur *Temmery*, quinquaginta coſ. à Lahore diſſita. Potens hic eſt princeps, ſed Mogoli jam ſubjectus, ipſique chariſſimus. Ex illius terris pleraque ſimplicia petuntur, quæ maxima copia colligunt in montanis.

Huic vicina eſt provincia alterius Rahiæ, quem *Tulluck-Chan* vocant. hujus metropolis eſt *Negarcut* octuaginta coſ. à Lahore & totidem à Sirynan. In hac famo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

famoſum eſt Idololatreium ſive Pagode, *Ie* ſive *Durgan* dictum, de quo mira narrant ſomnia. Hic princeps ob inacceſſos montes quos incolit, interdum ita inſoleſcit, ut Mogolis majeſtatem parum reverenter colat.

Illi ad orientem vicinus eſt *Decamverga*, potentiſſimus Princeps, cujus præcipua ſedes eſt *Calſery*, centum quinquaginta coſ. ab Agra; adeo frequens eſt incolis provincia, ut brevi tempore quinquaginta millium exercitum poſſit cogere, maxime peditum, nam equitibus haud ita abundat.

Ab hoc itidem verſus ortum, inter Ieminam & Gangem fluvios, Rahiæ Manſæ provincia jacet, tam opulenti principis, ut vaſis è ſolido auro ipſi cibos miniſtrari perhibeant; ejus metropolis eſt *Serenagar:* claudunt montes, quos *Dovv-Lager* appellant, jugi nive candentes, licet regio non ſupra quadraginta gradus divergat ab æquatore verſus Arctum, & cætera perfertilis ſit. diſtat ab Agra ducentas coſ., à Syrina quinquaginta.

Trans Gangem, potentiſſimus princeps degit, Rahia Rodorow, qui ampliſſimam regionem montenſem poſſidet, cujus Metropolis dicitur *Camoio*; cum China fines jungere dicitur. In-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

gentes peditum copias cogere valet, equis ob aſperitatem montium uti non poteſt, & frigus elephantos excludit; habet tamen equorum proſapiam, quos vocant *Gunts* ad inacceſſos montes ſuperandos, uti videtur, à natura factos.

Ab hoc ad meridiem, trans alveos Gangis, potentiſſimus Rahia *Mugg* provinciam obtinet, equis & elephantis abundantem; ubi & opulentiſſima adamantum fodina reperiri dicitur. Sub hoc inter Gangis fluenta, Potanenſis princeps agit, è proſapia Regum Delly, quem Mogol domare nequivit, ob Gangis divortia & crebras inſulas. Purropiæ fines attingit eoſque crebro incurſat, ita ut Rex Mogolum hic præſidia magno ſumtu alere cogatur.

Hinc ad Gangis oſtia regio omnis Mogoli paret, præter unum caſtellum, quod Luſitani exules tenent. Trans Gangem jacet potentiſſimum regnum *Arracam*, quod ad ortum clauditur à *Siam*, *Ova* & *Iangoma*. Inter Tanaſſar & Arracan jacet regnum *Pegu*, nunc pene vaſtum; à quo ad meridiem jacet *Queda*, *Malacca*, &c. Ad oram maris habet Rex Mogolum duos principales portus, *Ougolee* quem Luſitani uſurpant, & *Pipilee* quem alii vocant Petepolin, quindecim gradibus & 36 ſcrup. ab Æquatore. Præ-

ter

per quem & *Orixam* provinciam ad occidentem tendendo, in *Golcondam* provinciam tranſitur, quam Selimus ſubjugare nitebatur anno cIↄIↄc IX. hujus præcipuus portus eſt Muſulipatan, qui diſtat ab æquatore XV grad. & LVII ſcrup. regia autem ſedes *Braganadar* & *Golconda* nuper admodum condita. Et porro ſecundum oram maris procedendo, Regnum *Biſnagar*, in quo Luſitani tenent oppidum *S. Thomæ* & *Negapatan*. Sed de his poſt plura dicentur.

Purropia provincia.

ITer ab Agra ad Halabaſſen, quæ eſt in Purropia arx, inſtituitur ad hunc modum.

Ab Agra trajecto flumine Iemina, ad *Amediporen* ſunt VIII coſ. hîc plurimum glaſti conficitur, quod vocant *Cole*, inferioris notæ, quodque aut in India conſumitur, aut Samarcandam & Caſcar mittitur, nec unquam infertur Europæ noſtræ. Ab hac ad *Itay*, XII coſ. Hîc quondam unus Potanenſium Regum egit, ſed nunc oppidum pene dirutum eſt: in vertice abrupti undique montis caſtellum jacet, duplici muro cinctum, cujus portæ facies humana inſculpta, quam Indi ſuperſtitioſe colunt, & multo oleo venerabundi perfundunt.

Ab hoc ad *Chappergat* ſunt XII coſ. hic tam ſplendidum Sarayum extat, ut potius arx quam diverſorium eſſe videatur.

Ad *Meneporen* totidem coſ. & ſecundum Gangis ripam ad *Halabaſſen*, xx. urbs hæc ſita eſt ad ripam Gangis, olim *Traye* dicta. varii Potanenſium Reges hic fruſtra conati fuerunt arcem moliri; Achabar autem Mogolum rex tandem fundamenta illius jecit, & uti ferunt, ſupra viginti millia operarum in eo pluri-mis annis exercuit; necdum tamen perfecta eſt arx. ſita eſt ad angulum terræ, ubi Iemina in Gangem confluit; cincta triplici muro, quorum extimus, qui altiſſimus, è quadratis rubris ſaxis ſtructus eſt. In interiori area columna ſive obeliſcus cernitur, quinquaginta cubitos è ſolo extans, & longe plures ſub terram deſcendere creditus; magni alicujus Principis opus; Indi omnes credunt Alexandri eſſe. Præterea magnificentiſſimum hîc viſitur palatium Regis, ſub quo in ſubterraneo antro Pagodiæ ſunt, monumenta, ut Indi vanè credunt, Babæ Adam & Mamæ Hauah & primæ illorum proſapiæ. Perſuaſi enim ſunt primum hominem aut hic creatum aut ſaltem diu egiſſe; ſeque illius religionem ſequi profitentur. Ad hæc monumenta ex omni-

bus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

ſtis Indiæ provinciis accurrunt, & antequam propius accedant, corpora in Gange abluunt, & comam barbamque radunt; hoc facto ſe ab omnibus peccatis mundari opinantur.

Ab hoc oppido menſibus Octobri & Novembri, ſoluto gelu, cymbis deſcendunt Bengalam verſus, quæ navigatio admodum periculoſa eſt.

Quatuor coſ. ſub hoc oppido, ad dextram lævamque ripam, ſunt duæ munitæ arces *Harrayle* & *Huſſoe* à Potanenſibus conditæ.

In eadem Purropia ſita eſt *Totana* vaſtum oppidum, cum munita arce, in qua regii theſauri cuſtodiuntur: ab hac Reges Potanenſes nomen habuerunt, quorum jam ſæpius memini, aut potius hi Reges huic nomen dederunt, qui è montanis inter Candahar & Kabul digreſſi in Indiam ſe effuderunt; & ſuperato Raſe Pethory Dellenſi Rege, aliquandiu rerum in India ſunt potiti, donec Mogoles illos viciſſim imperio exuerent.

Iter ab Agra ad Iounporen.

AB Agra ad *Cannovven* ſunt cxxx coſ. verſus Ortum; oppidum id eſt amplum, ſed nullis mœnibus cinctum, ad radicem montis, cujus vertici inſi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

det caſtellum, bene munitum: hunc montem Ganges olim præterlabebatur, ſed nunc vallem, quæ quatuor coſ. hinc abeſt, perrupit, hic tantum modicum ſui nominis ſervans alveum.

A Cannouvve ad *Lacanouvven* ſunt xxx coſ. magnum & hoc Emporium eſt. Ad *Oudeen*, quinquaginta: antiquam civitatem & quondam Potanenſium regum ſedem, nunc pene vaſtam.

Haud longe ab hoc oppido viſuntur rudera arcis & palatii Ranichandis, quẽ Indi ſummum Deum agnoſcunt, & carnem humanam aſſumſiſſe dicunt, ut magnam Mundi Tamasham viſeret. Inter hæc rudera certi Bramenes degunt. hi ſingulorum peregrinorum nomina, qui in vicino flumine corpora rite abluerint, ſtudioſe annotant; quam conſuetudinem multis ſeculis ſi ad noſtrum computum exigas, duraſſe fabulantur. Duobus circiter milliaribus ab hiſce ruderibus diſtat ſpelunca anguſto quidem ore, ſed intus tam ſpacioſa & tot receſſibus impedita, ut difficile ſit ſe expedire. hic cineres illius divi conditos volunt. Ex omnibus Indiæ partibus huc accurrunt, & poſtquam hoc idolum venerati fuerint, in rei teſtimonium ſecum avehunt aliquot grana oryzæ carbone nigriora, quę hic multis ſeculis aſſervata credunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

Ab Oudee ad *Achabar-poren* ſunt xxx coſ. (à quo extra hanc viam circiter xxx coſ. *Bonarce* jacet nobile mercium Bengalenſium emporium.) ad *Iounporen* totidem coſ. Situm eſt hoc oppidum ad marginem fluvii, cujus ripæ inſigni ponte conjunguntur, cui multæ ædes inædificatæ ſunt; arcem oſtentat olim Potanenſium regum ſedem,& ędificia admodum elegantia. Circiter octo aut decem coſ. hoc oppidum ambitu complecti dicitur.

Ab hoc oppido retrogradiendo alia via verſus Agram ad Halebaſſen ſunt coſ. cx. quarum triginta per vaſtam & continuam ſylvam ducunt.

Iter ab Agra ad Hametevvat ſive Amadavar.

AB Agra ad Amadavar in provincia Guzuratte iter agitur per *Fettiporen, Scanderbaden, Hindoinem, Chenigom, Mogol ſeray, Nonnigong* ad radicem montium, qui à duobus mediocribus Rahiis tenentur, à quibus ad ſiniſtram in ampliſſimum terrarum ſpacium ſe extendunt montes Marvæ, de quibus alibi diximus. Porro per *Gamgram, Charroit* progenitorum Rahiæ Maniſengo ſedem; per *Landany, Monſalden, Bramderandem* ad *Aſmeeren.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

Aſmeere arx inexpugnabilis, ſita eſt in vertice prærupti montis & difficili trium coſarum aſcenſu.

Oppidum autem mediocre ſitum eſt ad radicem montis, ſaxeo muro & lata foſſa circumdatum; ædes illius luteæ; extra mœnia multæ antiquitates viſuntur. Hoc oppidum præcipue celebratur ob ſepulcrum *Hoghe-Mondee* ſancti, Mogolibus inprimis venerabilis. ad hoc aditur per tres ampliſſimas areas. quarum prima fere jugerum terræ occupat, albo & nigro marmore ſtrata, in qua aliquot monumenta Mahumetanorum ſanctorum extant; ad ſiniſtram jacet perpulchrum ſtagnum undiquaque muro clauſum. altera area ad eundem modum ſtrata eſt, ſed opere multo exquiſitiori, in cujus medio pendet lychnuchus cum pluribus luminaribus. tertia per æneam portam exquiſiti operis intratur, & longe pulchrior eſt præcedentibus; præſertim verſus oſtium ipſius monumenti, cujus janua conchis margaritiferis incruſtata eſt, & pavimentum circa tumbam marmore coopertum; ipſa autem tumba auro & conchis margaritiferis variegata eſt, cum epitaphio lingua Perſica exarato. Haud longe hinc Sella illius ſtat, è qua veluti tripode reſponſa & oracula edere conſue-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

ſueverat; ad orientalem plagam tres præterea ſunt areæ cum ſuis ſtagnis; & verſus arctum & occaſum pulchræ ædes, in quibus Sacerdotes agunt. ad hæc loca non niſi nudis plantis accedere cuiquam fas eſt.

Thomas Roe Eques mag. Britanniæ Regis ad Mogolem Legatus, haud longe ab Aſmeere commemorat oppidum *Godah* in regione campeſtri, & fœcundiſſima juxta atque amæniſſima. oppidum hoc bene munitum eſt, habetque ædes ſatis elegantes, ſed jam ruinam minatur. Olim ſedes fuerat Principis Rashbootæ, quem Achabar Sha in ordinem redegit. conditum erat oppidum ad radices rupis ſatis arduæ. in ambitu illius adhuc viſuntur multa monumenta è vivo ſaxo eleganter ſtructa, & plurima ſtagna validis muris cincta.

Idem obſervat, Aſmeeren ſitam eſſe viginti quinque gradibus & xxx ſcrupul. ab æquatore verſus arctum; diſtareque ab Agra ducenta milliaria Anglica ſive decem dierum itinere verſus africum; à Barampore ccccL mill. verſus arctum.

Ab Aſmeere porro via ducit ad *Cairo*; ad *Meartam*, quæ munitiſſimum habet caſtellum, & perpulchra ſtagna, & tria idolatreia ſive pagodes, opulen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

tis donis ornata. ad *Piperam, Iongeſgong, Seterangen, Candempen, ielouren*; ad *Mudram*, ad *Bilmall*, quæ quondam ampliſſima civitas fuit, & circiter viginti quatuor coſ. ambitu capiens, nunc pene diruta, ſed rudera murorum hodieq; comparent; denique ad *Amadavar*.

Aliud iter ab Agra ad Aſmeeren.

AB Agra ad Fettiporen XII coſ. ad Bramobad, totidem; ad Hendownem, totidem; ad Mogol Seray XIV coſ. ad Laſcotten, XII: ad Chadſoole oppidum XIII coſ. ad Pipela, VII; ad Moſobaden, XIII: ad Banderſandren exiguum pagum, X coſ. ad Mandil, XII: ad Aſmeeren duæ coſ.

Iter ab Amadavar ad Loure bander Tuttæ portum celebrem.

AB Amadavar iter inſtituitur ad Tuttam ſive Tattam Sindę emporium, in hunc modum: ad *Caſſumparo*; ad *Callitalovvny* pulchram arcem ad *Calvvallam* amænum pagum, VII cos. quem rex Achabar dono dedit certis mulierculis & earum poſteritati, ut pueros in arte ſaltandi erudirent. Ad *Carryam* munitam arcem cum valido præſidio, VIII coſ. ad *Deccanauram*, ... ad *Bollodo*, X coſ. quæ arx tenetur à Mogolis præfecto

New-

Newlock Abram Cabrate, qui hîc imperat populo latrociniis infami. *Coltes* vocant. Ad arcem *Sariandgo*, XIII coſ. Ad *Radimporen* magnum oppidum cum ſua arce... : Inde per ſolitudinem aridam & aquarum inopem ſexaginta ſeptem coſ. iter eſt ad pagum *Negar Parkar*: in hac ſolitudine multi degunt aſini ſylveſtres, cervi, vulpes, aliæque feræ.

Ab hoc loco ad *Inne*, qui locus tantum medii diei itinere diſtat à Tutta, barbari agunt, qui nullum dominum agnoſcunt, ſed itinerantes pro libitu ſpoliant, aut tributo accepto conducunt; ſi autem Rex copias in illos emittat, caſulas ſuas è ſtramine compoſitas incendunt, & in aſperos montes ſe ſubducunt.

A Parkar ad *Burdiano* ſunt XXIV coſ. per regionem indigam aquę, præterquam ſalſæ & inſalubris: inde ad *Nuraquimiren* modicum oppidum per ſimilem ſolitudinem LVII coſæ. Inde ad *Gundiauw*, X coſ. ad *Sarrunam* magnum oppidum, X coſ. quod & arcem habet & incolas Rashpotas. ad *Tuttam* denique XIV coſas.

Tutta longe maximum eſt Indiæ emporium. ejus principalis portus eſt Loure-bander, qui trium dierum itinere diſtat ab oppido; hic commoda ſtatio eſt extra fluminis Indi oſtium, & vermibus mini-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

minime obnoxia, ut fere ſunt reliquæ Indiæ ſtationes, & inprimis Surate. Ab hoc duorum menſium ſpacio ad Metropolim Lahorem aſcenditur, quum uno deſcendatur. Merces itidem ab Agra altera metropoli camelis deduci poſſunt ad Buckar, Indi ripæ appoſitum: & hinc ad naves quindecim aut ſedecim diebus: multoque compendioſius eſt hoc iter, quam ab Agra ad Suraten, niſi latronibus tantopere eſſet obnoxium.

Porro Indi nobiliſſimi fluminis oſtium (uti ab Anglis eſt obſervatum) diſtat ab æquatore verſus Arctum viginti quatuor grad. & triginta octo ſcrup. à quo ad oppidum *Diul* (non *Dive*, nequis erret) ſunt milliaria quindecim. Hic præfectus provinciæ hujus Sindæ agit, in arce bene munita.

Iter à Lahore ad Kandahar.

A Metropolis Lahore ad Kandahar iter inſtituitur ad hunc modum: ad *Chackſunder* exiguum oppidum XI coſ. ad *Non Saray*, XV: ad Muttetay, VIII: ad *Quemal-Chan*, XIX: ad *Herpack*, XVI: ad *Alicaſavan*, XII: ad *Trumban*, totidem: ad *Sedouſhall*, XIV: ad *Callixeckebanden*, XV. ad *Multhan*, XII. hæc antiqua eſt & ampla civitas, haud ſupra tres coſas ab Indi fluminis ripa diſſita.

Hinc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

Hinc trajecto flumine ad *Petto-alle* exiguum pagum, xx. dehinc alter fluvius ratibus trajiciendus, & paulo poſt tertius ſed minor, qui *Lacca* appellatur. Deinceps per aſperos montes & arida atque latronibus obnoxia tranſitur loca: ad *Chatzan* exiguum caſtellum terreo vallo ſeptum, ubi Mogol præſidium alit adverſus latrones, à quibus hi ipſi præſidiarii non multum abludunt. Intermedio itinere omnium rerum inopia eſt, præterquam quod paucis locis nonnihil graminis reperiatur, jumentorum ſolatio. Montium quos diximus, incolæ *Agvvanes* appellantur, latrociniis ſupra modum infames.

A Chatza ad *Duckeen*, eorumdem barbarorum municipium, ubi Mogol arcem habet & ſtativa præſidiariorum, ſunt ſeptuaginta duæ coſ. Toto hoc intervallo barbari omnis generis commeatum itinerantibus vendunt ſatis vili pretio. Ad *Secotam* tres pagos, ſibi invicem ad radices montium, trianguli in modum conjunctos, XIV coſ. Hinc ad anguſtias montium, *Durues* ipſis vocantur, ubi pauci admodum plurimos poſſunt ſuſtinere & ſiſtere, ſunt circiter XXIV coſ. Ad *Peſingan* caſtellum Duckee non abſimile viginti tres coſ. A quo ad Candahar per vaſtos montes & viam

viam omnium pene rerum indigam, reſtant ſexaginta coſ. In montanis autem hujus Regni Kandahar feroces gentes degunt, quos *Agvvanes* & *Petanes* vocant, robuſto corpore, & colore paulo candidiore quam ſunt Indi, ſed latrociniis & inſigni crudelitate infames: & licet ob Mogolis reverentiam, & ob lucri è commerciis dulcedinem (nam pecore & frugibus abundant) paulo mitius cum itinerantibus agere ſuperioribus annis cæpiſſe dicantur; tamen non raro, cum paucos & imparatos advenas nacti fuerint, eos in avia montium abripiunt, ſervilibus operis mancipant, & ne fuga ſe ſubducant, mutilare conſueverunt.

Kandahar antiquum eſt oppidum, quod olim Baneanes incoluiſſe dicuntur: provincię præfectus hodie hic degit, cum duodecim aut quindecim millibus equitum, qui à Mogolum Imperatore hic aluntur, ob Perſarum ad arctum vicinitatem: urbs ad occidentem præcipiti & aſpero monte, ad meridiem & ortum valido muro cingitur; ſuburbia, ob commerciorum frequentiam & opportunitatem, ipſam urbem pene ſuperant. Annonę hic quidem ſumma abundantia eſt, ſed magna caritas ob frequentem advenatum concurſum; maxime vero quia omnis regio inter hãc urbem & Hiſpaan

Perſiæ

Perſiæ metropolin, valde infœcunda eſt, ita ut non paucis locis vix quicquam herbidi ſortita ſit, & aquarum quoque ſit indigentiſſima, præterquam ſalſæ & inſalubris.

Diſtat hæc urbs (uti ab Anglis obſervatum invenio) ab æquatore quatuor & triginta grad. verſus arctum: & octo atque nonaginta grad. à primo meridiano.

A Kandahar ad pagum *Seriaben* ſunt x coſ. ad *Deribagen* exiguum pagum, XII. ad *Cuſhecunam*, VIII. quod caſtellum limitem conſtituit inter Mogolis & Perſæ dominia.

Bengala regnum.

B*Engala* regnum (quod Mogoles ſuperioribus annis ſubjugarunt & imperio ſuo adjunxerunt) ampliſſimum eſt, quippe quod centum & viginti leucas ſecundum oram maris in longitudinem patere dicatur, & haud pauciores intra continentem in latitudine. Permeat illud fluvius *Chaberis* (quem alii vocant Guengan, & antiquorum Gangen eſſe judicant plerique) à Coro, ut ab Anglis obſervatum inveni, deſcendens, & quamplurimos alios amnes dextra lævaque & præcipue ab Arcto in ſe recipiens.

Provincia hæc abundat oryza, tritico quoque, ſaccharo, gingibere, pipere oblongo,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

longo, goſſypio, ſerico; gaudetque cælo admodum ſalubri.

Regia hujus provinciæ appellatur *Gouro*, proxima huic *Bengala*; ambæ civitates præclaræ & opulentæ: à quarum poſtrema, an ab ipſo regno, ſinus ille qui olim Gangeticus dicebatur, vulgo jam *Golfo de Bengala* agnominatur. Inter cætera oppida recenſentur *Chatigan*: *Tanda* itidem inſigne emporium, circiter milliare unum à ripa fluminis Gangis remotum.

Banaras vaſtum oppidum ad ripam ejuſdem fluminis *Patanavv* inſigne oppidum, latis quidem plateis, ſed ædibus humilioribus & è ceſpite aggeſtis: ampliſſimi & nobiliſſimi quondam regni caput, quod iam non minus quam cætera, Mogolum imperio paret. *Orixa* itidem ad eandem provinciam pertinet, & ipſum quondam regnum, antequam à Potanenſi & mox à Mogole ſub jugum mitteretur.

Indigenæ hujus regni, ingenio ſunt ſubtili quidem, ſed pravo; mares quippe omnes furtis & latrociniis, fæminæ impudicicia & libidine infames ſunt; cæterum religione Mahumetani.

Golconda regnum.

MVſilipatnam præcipuus portus regni *Golcondæ* ſitus eſt ad ſinum Gangeticum,

ticum, ſedecim gradibus & triginta ſcrupulis ab æquatore verſus arctum. Exiguum eſt oppidum, ſed incolis frequens, nullis mœnibus cinctum, nec ædificiis pulchrum, nec ſitu commodum, quum omnes illius ſcaturigines ſint ſalſæ; commerciorum opportunitas è piſcatorum nido emporium fecit.

Cælum hic ſalubre eſt. Annum in tres tempeſtates dividunt. Quarum primam quæ Martium, Aprilem, Majum & Iunium includit, æſtatem vocant; nam hiſce menſibus tantus hic eſt æſtus, ut vix tolerari poſſit, aura ipſa cum ſummo fervore ab occidente perflante. Iulio, Auguſto, Septembri & Octobri, hîc fere continuo pluit, & interdum nimbi tanta violentia incumbunt, ut ædificia à fundamentis diruant. hiſce tamen pluviis & quæ ſequuntur inundationibus ſolum ſuam debet fæcunditatem. Reliquis quatuor menſibus tolerabilis eſt æſtus. Solum fertile eſt ita ut multis locis bis, alibi etiam ter oryzam producat: habent & triticum & alia farris genera Europæis ignota.

Regnum hoc nomen accipit à primaria urbe & Principis regia *Golconda*, Mahumetanis & Perſis *Hidraband*; ea diſtat à Muſulipatna vigintiocto leucis illius regionis (quarum ſingulæ novem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

milliaribus Anglicis comparantur) ſive itinere decem dierum. Civitas & aëris amænitate, & agri fœcunditate nulli totius Orientis urbi inferior. Rex hic palatium habet, ambitu vaſtum, quippe quod duodecim milliaria Anglica capiat; muris undiquaque cinctum; ædificia omnia è ſaxo, quorum præcipua multo auro ſplendent. quid multa? elegantia & opulentia principis ſumma eſt. nam elephantorum copia & gemmarum atque opum abundantia cum Mogolum Imperatore certat, regnorum amplitudine ſuperatur. Princeps religione eſt Mahumetanus, à Perſis originem repetens, quorum & ſectam ſequitur. Gentile illius nomen Cotub Sha, quod à prædeceſſoribus acceptum ſervat. Mogolis quidem imperio haud eſt ſubditus, majeſtatem tamen illius anniverſariis donis comiter veneratur. Reditus illius annui dicuntur eſſe viginti lackes ſive milliones pagodum; pagode autem pondere & valore æquat coronatum Gallicum. Solus quippe dominus eſt omnium terrarum, eaſq; ſubditis ſuis magno pretio elocat.

Ad limites regni & in meditullio illius, numerantur ſexaginta ſex munita caſtella, quorum ſingula ſuos habent præfectos, quos vocant *Naykes* & præſidiarios milites: ea fere editis rupibus impo-

ſita

ita ſunt, ad quas plerumque tantum unus rames ſatis anguſtus ducit; neque quiſ- uam ſine expreſſo Principis mandato in æc caſtella admittitur. Ejuſmodi rupes ocant Conda.

Horum caſtellorum unum quod *Con- apoly* appellant, juxta oppidum ejuſdem ominis, vaſto eſt ambitu, complectitur- ue ſex caſtella, quæ alia aliis editiora unt, continentque ſingula ſua ſtagna & ucos arborum tam ſylveſtrium, quam ructiferarum, & arva ſerendæ oryzæ donea: denique præſidiarios ad duode- im millia.

Porro inter iſtud caſtellum, & alterum quod *Condavera* vocatur, intervallo vi- inti quinque milliarium Anglicorum, ertis intervallis diſpoſitæ ſunt turres ex- ubitoriæ, è quibus per faces ardentes ſi- i invicem breviſſimo tempore obnun- iant, quid rerum in provincia geratur.

In hoc regno ſuperioribus hiſce an- is, caſu inventæ fuerunt opulentiſſimæ odinæ adamantum, ad radices vaſti ontis, haud procul à fluvio *Chriſtena*, n agro inprimis ſterili & aſpero; circi- er centum & octo milliarium Angl. à ortu Muſclipatnam. Rex fodinas has olebat elocare pretio annuo tercentum nill. pagodum, ea inſuper conditione, t adamantes omnes pondus decem ce-

ratiorum excedentes in ærarium ſuum inferrentur. Anno autem cIↄ Iↄc XXII foſſoribus à Rege interdictum fuit, ne ultra ſcrutarentur: cujus interdicti cauſam reddunt alii, ne gemmæ hæ nimia quantitate vileſcerent; alii Imperatoris Mogolis poſtulatum, qui per Legatum tres libras (*vyſen* ipſi dicunt) præſtantiorum adamantium ſibi tributi nomine mitti, Regi Golcondæ imperaverat: ſed magis veriſimile videtur, nimia foſſorum avaricia fodinas jam pene eſſe exhauſtas. Narrat enim Wilhelmus Metholdius Anglus, fodinas haſce ſe adiiſſe. improbo labori tum, prout accepit à rerum gnaris, inſudabant ſupra triginta millia operarum, quorum alii ſolum effodiebant, alii corbibus egerebant, alii aquam exhauriebant longa & permoleſta methodo, certis vaſis de manu in manum illam ſuſtollentes, nam machinarum pene ignari ſunt barbari. Agunt autem puteos rectos in terræ viſcera, ad decem aut duodecim orgyarum altitudinem; & egeſtam glebam (quæ fere rubet, luteæ & candidæ cretæ ſive calcis venis permiſta) areæ ad hunc uſum complanatæ ſuperinfundunt, quatuor aut quinque pollicum craſſicie; eamque à ſole induratam & arefactam, ſaxis commi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

omminuunt, & ſilices permiſtos exi-
nunt atque rejectant, reliquum pulve-
em cribrant; eaque opera interdum
auciores interdum plures gemmas e-
uunt; non raro & nullas, cum tem-
poris & operæ jactura. Effodiuntur in
hoc regno & aliæ gemmæ, ſed vilio-
res, quarum non eſt operæprecium me-
miniſſe.

Reliquæ hujus Regni merces ſunt,
ferrum & chalybs; nam auri, argen-
ti, æris metallis caret. Lapides Bezaa-
res: goſſypini panni omnis generis,
præſertim eleganter tincti & picti, in
qua arte cæteros Indos excellunt; u-
tuntur inprimis ad hanc operam planta
quam vocant Chay; hac perfectiſſimum
& pertinaciſſimum colorem rubrum
exprimunt: Annil, &c.

Fabricantur hic naves ſatis vaſtæ (ut-
pote interdum ſexcentorum & am-
plius doliorum capaces) ex optima
materie, ſed neque tam commodæ,
neque ita bello aptæ, quam ſunt Eu-
ropeæ: iis navigant commerciorum
gratia verſus Moham ad mare rubrum
ſitam, menſe Ianuario, & redeunt
Septembri aut Octobri: verſus Achi-
num, Areccan, Pegu, Tanaſſarin men-
ſe Septembri; unde revertuntur menſe
Aprili.

Iter ab Agra ad Chatigan Bengalæ portum.

AB Agra ſecundo flumine Iemena deſcenditur *Praguen* (uti Radulphus Fitchius Anglus vocat; nos ſupra Halabaſſen diximus vocatam fuiſſe antiquitus Praye; ſitus cõvenit, & nomen non multum differt:) ubi flumen hoc ſe in Gangem condens nomen ſuum amittit: à Prague autem ſecundo Gange, qui hic latiſſimus eſſe incipit, deſcenditur *Bannaram*: magnum id eſt oppidum, cujus incolæ fere ſunt gentiles & ſummi idololatræ: à Bannara ad *Patenavv*; intermedio ſpacio, multa occurrunt municipia; plurimique amnes qui in Gangem illabuntur.

Patenavv eſt oblongum & grande oppidum (in agro illius multæ dicuntur eſſe aurifodinæ:) ædes modicæ & fere è luto factæ, atque ſtramine deſuper tectæ; plateæ vero admodum latæ. A Patenaw ad *Tandam* in provincia Gouten regni Bengalæ: *Tanda* diſtat à ripa Gangis leucam unam; quia fluvius hic ripas ſuas nonnumquam egrediens, vicinos agros inundat. Denique *Chatigan*; oppidum eſt pulchrum; diſtans leucam ab *Vgeli* (ſive ut Luſitani appellant *Porto piqueno*) ab æquatore verſus arctũ gradus viginti tres.

Ab hoc portu haud longe diſtat verſus Africum alter portus Angeli dictus in provincia Orixa; cujus metropolis eodem nomine, diſtat à Chatigan itinere ſex dierum.

Multhan ſive Moltan provincia.

M*Vlthan* provincia ampliſſima eſt, & inprimis fertilis, & mercimoniis valde opportuna, ob tria flumina quæ illam rigant, & haud longe à metropoli confluunt.

Metropolis illius eſt *Multhan* ſive *Moltan*, quæ diſtat à regia urbe Lahore centum & viginti coſas. per illam iter eſt mercatoribus, qui è Perſia per Kandahar in provincias Indiæ deſcendunt. Tria iſta flumina ſunt Ravee, Bahat ſive Behat, & denique Sind ſive Indus, quæ rapido curſu hanc provinciam ſecant. Præcipuæ hujus provinciæ merces ſunt ſaccharum, quod magna copia ſecundo flumine Indo verſus Tattam navibus deportatur; atque adeo adverſo Lahorem. Item gallæ, & opium, ſulfur quoque & magna copia pannorum lineorum, & goſſypinorum; plurimi denique hîc aluntur cameli, & induſtria incolarum in arcubus conficiendis inprimis celebratur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

II.

COELI

Solique ratio.

NOn una in hoc regno patentiſſimo cœli ſolique ratio. In Guzuratenſi provincia, & ad oram Indici maris, hyems initium ſumit calendis Iuniis, & durat in Septembrem, non tamen tam continuo hic pluit, quam Goæ; ſed per intervalla: ſub exitum autem hyemis graviſſimæ hic incidunt tempeſtates, & non raro typhones horrendi.

Menſibus Aprili & Septembri opportune navigatur verſus Auſtrum; Februario & Martio verſus Moham in mari rubro: ab Auſtralibus partibus naves hic appellunt menſibus Ianuario & Februario: ab Arabico ſinu initio Septembris; ab Ormuzio & è ſinu Perſico, Novembri.

Ventus hic conſtanter ſex fere menſibus ab arctoa plaga, totidemque ab auſtrali perflat, paululum modo varians. Menſes Aprilis, Majus, & pars Iunii immodice fervent, donec pluviæ ingruere incipiant, ita ut aura remiſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

ſtris flante, æſtus corpora graviter offendat & plurimum noceat; ſed Dei beneficio, ventus hic vehementer perflat, ita ut æſtum egregie temperet: ſed hoc habet incommodi, ut non raro ſiccis menſibus pulverem & arenas ſuſtollat, & nubecularum inſtar præ ſe agat, quæ in homines incidentes magnum detrimentum adferunt.

Ab oppido Surate & ora Indici maris uſque ad Agram hujus regni metropolin, non niſi certa anni tempeſtate pluit, nimirum tribus illis anni menſibus, quibus Sol ad Tropicum Cancri accedit & ab illo recedit: reliquis novem menſibus ita hic ſerenat, ut vix nubecula ulla conſpiciatur toto illo hemiſphærio.

Regio fere omnis abundat optimo tritico, hordeo, oryza, & aliis farris generibus: Triticum haud aliter creſcit quam Europæum, niſi quod majus ſit & candidius, è quo indigenæ tam delicatum panem coquunt, ut merito cum optimo ſit conferendus aut etiam præferendus.

Abundat præterea butyro & caſeo, ob immenſam multitudinem armentorum, pecudum & caprarum: etiam bubularum, quæ optimum lac præbent: caro horum animalium bovillæ ſimilis eſt, licet non ſit adeo ſalubris.

In ſylvis, quæ hic frequentes, innumeræ feræ vagantur, cervi, damæ, aliæque: omnium venationi paſſim expoſitæ, niſi prope aulam principis: inter quas agmen ducunt apri, à quorum tamen carnibus Mogoles vulgo abſtinent, & rigidi Mahometani ne contrectare quidem ſuſtinent.

Boves à noſtratibus nonnihil differunt, nam inter armos illis tuber carnis excreſcit.

Oves latas & ponderoſas geſtant caudas, carne ſunt noſtris pares, ſed lanæ ſubtilitate à noſtratibus ſuperantur.

Equorum magna hic copia eſt, non modo domeſticorum, ſed & Perſicorum & Arabicorum, qui præſtantiſſimi judicantur; unde maximum ipſis ponunt pretium; eoſque non modo diligenter curant, ſingulis equis ſingulos miniſtros attribuendo; ſed & laute cibant, leguminis quadam ſpecie, quam vocant *Donna*, quæ piſis noſtris haud abſimilis eſt; hanc coctam & refrigeratam atque viliori ſaccharo conditam quotidie illis exhibent; & bis terve ſingulis ſeptimanis butyrum ad corpus perpurgandum.

Habent præterea plurimos camelos, aſinos, mulos, dromedares, rhinocerotes; inprimis autem elephantos; nam Rex ſolus quatuordecim millia alere dicitur;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

magnates cæteri & nobiles, pro dignitate atque opibus plures aut pauciores, quidam è proceribus centum. Licet autem hæ regiones ita omni genere farris abundent, ut annona hic viliſſima ſit, tamen ob vaſtam harum belluarum molem, admodum care conſtat earum nutritio, & ut plurimum ſingulis diebus quatuor aut quinque ſolidis Anglicanis, id eſt duobus aut tribus aureis noſtratibus.

Sed tot commodis ſua ſunt admixta incommoda. nam plurimæ hic reperiuntur feræ hominibus infeſtæ, leones, tygres, lupi, canes, ut videtur, efferati, quos vocant lackals, & ſimilia fera animantia. in fluminibus crocodili: & in ſylvis itidem ingentes angues, aliaque venenata animantia; in ipſis ædibus ſcorpiones. permoleſta præterea eſt in pleriſque provinciis hujus imperii, interdiu quidem incredibilis pene muſcarum copia, noctu autem culicum.

Fructus arborei hic plurimi & perfectiſſimi; varii quoque plantarum fructus, radiceſque. Inter arbores una eſt notatu digna, ſpongioſo trunco, & qui in ſummam altitudinem ſine ullis ramis præterquam in faſtigio aſſurgit, è quo liquorem pertuſo cortice eliciunt, qui *Taddy* illis vocatur: hic noctu eliquatus ſalubris eſt, & palato gratus, & adverſus nephriti-

dem,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

dem, uti putatur, non inutilis; ſed interdiu profluens ab æſtu corrumpitur, & hauſtus graviſſime perturbat cerebrum.

Sementem faciunt menſe Majo & initio Iunii; meſſem Novembri & Decembri.

Gramen non ſecant in fœnum nec ſervant ad Europæum modum, ſed quum uſus poſtulat, aut virens aut aridum adhibent.

Multæ hic ſylveſtres arbores paſſim viſuntur, ſed Europæ pene ignotæ; quarum quædam folia ferunt grandia & patula inſtar parmæ: aliæ ſubtiliter inciſa inſtar filicis; uti Tamarindæ, quæ acidum fructum ferunt, qui egregie refrigerat & purgat ſanguinem. Denique omnes omnino arbores hic perpetuo virent.

Flores harum regionum, roſis & paucis aliis exceptis, magis admirabili colorum varietate oculos paſcunt, quam inſigni aliquo odore nares perfundunt.

Multa ſimplicia, quorum inſignis in medicina uſus, regiones hæ producunt: aromata aliunde importantur, opulentiſſimo commercio.

Metallorum haud expers eſt ſolum, ferri, æris, plumbi, & ut quidam narrant etiam argenti.

Hoc regnum à plurimis amnibus rigatur, quorum principes ſunt Indus

& Ganges. Notandum autem, Gangis undam leviſſimam eſſe, & ſaluberrimam cenſeri; quare Imperator, quocunque loco agat, hanc in phyalis ſibi adferri curat, & hanc ſolam potat. Non deſunt quoque fontes & ſcaturigines: plurima autem hic viſuntur ſtagna, induſtria incolarum facta, quorum quædam milliare unum, interdum & duo ambitu capiunt, lapideo muro incincta, quæ pluviis menſibus implentur, ut æſtivis menſibus ſufficiant eis, qui longius ab amnibus aut fontibus degunt. Nonnihil vini, ſed haud ita vulgo, hic reperitur, quippe quod è Perſia inferatur, diſſimulato nomine. Similiter ex Arabia & è ſinu Perſico accipiunt *Arequii*, ſic dictum ab *areca* dictione Perſica, quæ ſudorem ſignificat. Potio autem hæc in prædictis regionibus fit duobus modis: uno, è dactylis & frondibus glycyrrhizæ aut ſimilibus, vi ignis per alembycum extractis, quæ potio admodum generoſa eſt: altero, ex uvis paſſis aqua frigida dilutis & coctis, quæ ſalubrior & melior exiſtimatur.

In ipſa autem India vinum conficitur ex ſubſtantia arboris, quæ cocos nuces fert, quam vulgo ob ſimilitudinem vocant palmam. id vinum duplicis eſt generis: *ſura*, liquor, qui ſponte emanat

emanat in vaſa trunco arboris applicata, crudus: & *oracca*, quæ ignis vi ex illa ſura per alembycum extrahitur: hæc vehementiſſima eſt, verum ad robur illius enervandum, ſolent uvas paſſas ei injicere, atque ita ſuaviorem & blandiorem efficere: quo annoſior, eo melior cenſetur, quod non accidit, ſi uvæ paſſæ cum pura aqua miſceantur.

Alio quoq; liquore utuntur (qui *Kobha* illis dicitur) qui è nigro quodam ſemine aqua miſto coquitur: hic palato haud admodum gratus eſt, ſed ſalubris judicatur, nam & concoctionem in ventriculo promovet, ſanguinem purgat, & ſpiritus vitales refocillat. Credo hunc eſſe eundem illum potum in Turcia, Perſia, Arabiaque uſitatiſſimum, quem ipſi vocant *Kaoah*; qui fit ex legumine exiguis fabis haud abſimili, quod ex Arabia in alias regiones importatur; coquitur autem in domibus ad id comparatis; decoctum eſt ſpiſſum, nigricans & fere inſipidum, aut ex parte amarum; id calidum ſorbere ſolent, & ventriculo prodeſſe, flatus diſcutere, hæmorrhoidas tollere, & appetitum ciborum promovere autumant.

Nec piſcium optimorum & varii generis, nec volucrum infinita pene copia in hiſce regionibus deſit. Quid multa? omnis annona hic adeo vilis eſt, ut ovis

ſoli-


ſolido uno, lepus denario, tres perdices eodem pretio venundentur.

De præcipuis mercibus hujus Regni.

PRæcipuæ hujus regni merces ſunt: primo goſſypium, & panni qui ex illo texuntur, immenſa copia & innumera varietate; quorum quidam ita ſubtiles ſunt & ita candidi, ut Europæos omnes, qui è lino fiunt, ſuperare videantur, aut ſaltem æquare; ſinguli autem peculiaria nomina ſortiuntur, aut à coloribus quibus imbuuntur, aut à ſubtilitate atque bonitate.

Secundo *Annil*, quod vulgo glaſtum vocant, tincturæ ſpecies toti Europæ jam notiſſima & uſitatiſſima.

Porro herba è qua fit, non abſimilis eſt ciceri, foliis ad modum ſenæ, ſed paulo brevioribus & latioribus, ramuſculis lignoſis inſtar geniſtæ: quorum unum cum foliis ad vivum, & ea mole qua erat delineatum, hic exprimi curavimus: caulis raro ad proceritatem ulnæ aſſurgit, & tertio quoque anno vix pollicis craſſitiem aſſumit; flos jaceæ flori haud diſſimilis eſt; ſemen fœnugræci ſemini nonnihil accedit, utrimque compreſſum & veluti præciſum, quod Novembri menſe colligitur, ſeritur fere menſe Iunio. Herba



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

pa ſemel ſata triennium durat, & ſub finem menſis Septembris aut initio Octobris quum pluviæ ceſſant, ſecatur. Primo anno planta adhuc tenera eſt, & glaſtum quod ex illa conficitur, imperfectum eſt, rubicundo colore, & ponderoſum, ita ut aquæ injectum fundum petat & ſubſidat: id vocatur *Nouti* ſive *Mouſi*: ſecundo anno abſolutum eſt, leve & violacei coloris, aquæque inditum ſupernatat: id peculiari nomine vocant *Cyerce* ſive *Ziarie*: tertio anno turſus declinat à perfectione, eſtque grave & nigri coloris, omniumque viliſſimum: appellant *catteld*. Conficitur autem glaſtum ex hacce planta in hunc modum: plantam ſectam conjiciunt in oblongam ciſternam ad id paratam, & multis ſaxis ſuperinjectis deprimunt, atque diluunt & operiunt pura lympha: ita compreſſa & aqua cooperta relinquitur ad aliquot dies, donec aqua colorem & ſubſtantiam omnem herbæ extraxerit & imbiberit: tunc aquam hanc in rotundam ciſternam, in cujus fundo alia minor itidem orbicularis ſtructa eſt, emittunt; bacillis valide eandem agitant, & liquidam ſenſim deſpumant; atque id tantiſper, donec aqua omnis deſpumetur, & fæces atque craſſior ſubſtantia in fundo ſubſidant. hanc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

exemtam ſuper pannos extendunt & ſiccant ad ſolem: ubi autem jam paululum indurari cœpit, in orbiculos aut laminas aut paſtillos cogunt; & ſuper arenam porro indurandam projiciunt, nam omnis alia materies colorem ebiberet & vitiaret. Si pluvia inopinato ingruat, perit color & ſplendor glaſto, & hinc ab ipſis *Aliad* appellatur. Præſtantiſſimi glaſti notæ ſunt, ſiccitas, levitas, ita ut aquæ innatet; violaceus color, & ſplendor coram ſole: &, ſi prunis ardentibus impoſitum violaceum fumum edat, & quam pauciſſimos cineres poſt ſe relinquat.

In provincia Vtrad colligitur *Salgema*, indigenæ vocant *Geukar*, à *Kar*, quod ſalem notat, & *Geu* quod hordeum; quia è rore, qui in ſegetes incidit, concreſcit; Luſitani autem vocant *Salgeu* & *Salgema*. Spica nardi, Perſis & Arabibus *Sembul-tib*, quaſi dicas ſpicam odoratam; nam *Sembul* ipſis eſt ſpica; unde & Aſtronomi Perſæ ſignum virginis in Zodiaco vocant Sembul.

Eadem provincia perfectiſſimum *Ingu* mittit, Medici & Pharmacopolæ Europæi vocant aſſam fætidam. cogitur autem in tribus fere provinciis. nimirum in Vtrad Indiæ provincia, atque hæc puriſſima eſt, neque admodum amara:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

amara: huic proxima in Perſia ad oppidum Duzgun, quod vicinum eſt Laſtano, inter Komron & Laram civitatem circiter xxx leucas ab Ormuzio: tertia itidem in provincia Perſiæ, quæ dicitur Karazon. Planta quæ aſſam hanc fætidam producit, eſt duorum generum: una eſt arbuſtum altum, ſive frutex exiguis foliis, quæ non ſunt abſimilia rutæ, ſed hæc planta parce admodum profert: altera eſt radix inſtar raphani, producens caules grandes & teneros, cum frondibus figura accedentibus ad folia ficus infernalis; hæc planta alibi ſeritur, alibi ſponte & inculta provenit, amat enim loca aſpera & montoſa. Cogitur ſub finem autumni, nam æſtate exeunte lædunt caules & ramulos, atque ita gummi incipit emanare. Quatuor hujuſmodi radices (inquit Texeira, quem hic ſequimur) mihi è Duzgun allatas aliquandiu ſervavi, quum Ormuzii agerem, tam vehementi odore, ut in ædibus vix à quoquam ferri poſſet, & tam pertinaci, ut octo menſibus nihil de fragrantia ſua remitteret. Arabes huic gummi varia tribuunt nomina, quorum præcipua ſunt *Haltit, Samaktre, Hhilheis, Zaefa*: Perſæ vocant *Inghza*: Baneanes Guzaratenſes, quam illi ex Vtrad accipiunt, Ingub; Perſicæ autem Ingara nomen tri-

buunt. Guzaratenſes aſſa hac fœtida utuntur in omnibus cibis, neque ullum condimentum abſolutum putant ſine illa: omniaque vaſa ſua in quibus dapes ſuas menſis inferunt, eadem inungunt; adeoque illi aſſueverunt, ut ipſis ſuavis & boni odoris eſſe videatur: quum cæteræ nationes ut graveolentem & ingrati ſaporis abominentur. Opium præterea, quo nationes pleræque Aſiaticæ tantopere capiuntur, maxima copia hic colligitur; ipſi vocant *Afion*: emanat illud è ſurculis papaveris inciſis: tenuiores vero illius loco utuntur vulgo decocto capitellorum papaveris: quia autem capitella iſta vocantur ipſis *Puſt*, eos qui decocto illo utuntur, appellant *Puſty*, uti opulentiores, qui opium uſurpant, *Afony*. Vſum illius primo introductum volunt Perſæ à viris principibus, quibus curæ ſomnos adimebant: vulguſque ſenſim imitari cæpiſſe, ut fere ſolent: ita ut jam pauci ſint, qui alterutro non utantur. Narrat Texeira, ſe vidiſſe nonnullos, qui tantopere illi aſſueverant, ut quum illo deſtituerentur, emorerentur. plures tamen nimio illius uſu læduntur, atque adeo tolluntur. eſt enim lethale venenum, niſi quis modum adhibeat, & caute illo utatur.

Præ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

Præterea nitrum ſive ſal petroſus hic magna copia conficitur, præſertim circum Agram & in vicina provincia, in agris qui aliquandiu inculti jacuerunt, è gleba tam nigra quam fuſca, atque etiam ſubalbente; ſed qui è nigra fit, maxime cōmmendatur. Fit autem ad hunc modum; effodiunt ſcrobem ſatis amplam inſtar ſalinæ, implentque nitroſa illa terra; tum copioſa aqua per canales inducta, improbo labore multorum operariorum plantis pedum pinſunt, ſubiguntque, donec pulticulæ formam & liquiditatem induat; dein poſt biduum, ubi aqua omnem ſubſtantiam nitroſam è gleba in ſe contraxerit, liquidum omne, in alteram ſcrobem priore depreſſiorem & minorem derivant, ut iterum coagulescat; poſtea in ferreis patellis excoquunt & deſpumant, purumque à fœcibus in figulina vaſa transfundunt; & ubi jam quicquid adhuc reſtat fæcum, in vaſorum fundum depoſuerit, & incraſſeſcere cœperit, vaſa illa comminuunt, & ſalem, uti ita dicam, porro ad ſolem indurandum & ſiccandum exponunt.

Borax reperitur in montanis *Purbet*, quæ perampla eſt provincia, parens Rahiæ Bieberom, & pertingens ad fines Tatarorum, quos vocant candidos;

præter Boracem etiam moſci, ſpicæ nardi, argenti vivi, æris & tincturæ cujuſdam, quam vocant Mitzel, qua panni elegantiſſimo colore jecorario ſive caſtaneo inficiuntur, ferax; quæ merces Dongam perferuntur, quæ diſtat ab Agra centum & quinquaginta coſas: hæc Mogoli quidem ſubeſt, regitur autem à Rahia Biecka. porro Borax invenitur in loco, quem vocant *Taackelehan*, in fluentis quæ montes Purbet permeant, & tandem deſcendunt in fretum quoddam mediterraneum, quod ipſi vocant *Maſſeroor*; in illorum fluentorum fundo Borax concreſcit inſtar coralli, exemtuſque inditur in ſacculos ex agninis pellibus conſutos, addito butyro aut oleo, ut melius conſervetur.

Denique non deeſt hic Saccharum magnâ copiâ: uti neque variæ gemmæ, chriſtallus, alabaſtrites, porphyrius lapis, jaſpis, achates, aliæque, quas incolæ eleganter perpolire norunt; quibus accedunt adamantes, & quas vocant, *oyos de gato*.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

III.

DE INCOLARVM ingenio, moribus, inſtitutis, & ſuperſtitionibus.

INCOLAE & indigenæ Indoſtan olim gentiles fuere, & profani idololatræ, communi nomine Hindoi dicti, ſed poſtquam à Temirlane ſubjugati fuerunt, Mahumetanis permiſti. Præterea hic multi degunt Perſæ & Tartari, multi Abyſſini & Armenii, & pene ex omnibus gentibus Aſiaticis aliqui, atque adeo ex Europæis. Sunt etiam inter illos aliqui Iudæi, ſed contemtim fere habiti.

Indigenæ ſtatura noſtratibus æquales ſunt, & fere erecto corpore, nam pauci aut nulli hic reperiuntur incurvi aut gibboſi. fuſco ſunt colore & olivaſtro, nigris capillis, non tamen criſpis. non amant candidos aut formoſos, quia hunc leproſorum colorem eſſe dicunt, quales inter illos ſatis frequentes. Plerique Mahumetani, exceptis ſacerdotibus quos vocant *Molaes*, omnes capillos radunt, præterquam ſupra labrum ſuperius: om-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

nem comam capitis abradunt, præterquam circa verticem, ubi cirrum relinquunt, ut Mahumetes ipſos illo in cælum attrahat. Omnes corpora crebro abluunt, & pretioſo unguento aut oleo inungunt.

Veſtes marium & fæminarum pene ad eundem modum factæ ſunt è goſſypino panno: tunicæ utrorumque arctæ ac circa lumbos ſtrictæ; quas ad genua uſque promittunt; ſub quibus braccas geſtant, ad talos uſque demiſſas: pedes illorum nudi, quibus calceos inducunt apertos, crepidarum inſtar, ut facilius demere poſſint quum ædes ſuas ingrediuntur: nam ſolum pro uniuscujuſque conditione, aut pretioſis ſtragulis, quæ hic non minus elegantia quam in Perſia texuntur, aut alio viliori tegumento inſtratum eſt; cui ſartorum in modum inſident, quoties aut confabulantur aut cibum capiunt. caput ſubtili panno, candido aut colorato, involvunt, *Shash* ipſi vocant; nec unquam illud detegunt, quum ſuperiores ſuos venerantur, ſed corpora ſua inclinant, & ſolo prius dextera contacto, eandem ſupra verticem capitis attollunt, indicantes licere illis quos colunt vel capita ipſorum pedibus premere. æquales ſe invicem ſalutantes, barbam prehendunt,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

dunt, & verbis valde opportunis ſibi invicem bene precantur, puta *Greeb à Nemoas*, id eſt, precor tibi orationes pauperum, & ſimilibus.

Fœminæ Mahumetanæ non prodeunt in publicum, niſi tenuioris fortunæ aut impudicæ; capita velant, & capillum à tergo in nodos coactum promittunt: opulentiores plurimis monilibus ornantur; non paucæ quoque unam narium perforatam habent, ut illi cum lubet, annulum aureum cum gemma poſſint inſerere. Præ cæteris mortalibus facillime pariunt: nam non raro uno die uterum geſtant, & altero infantem ulnis geſtantes obequitant.

Ædes incolarum fere humiles ſunt, & deſuper planæ, pluribus feneſtris inſtructæ, quibus auram admittunt. vitra ignorant. præcipua illorum ædificia è lateribus aut vivo ſaxo conſtructa ſunt. tam in urbibus, quam in pagis, ædes frequentibus arboribus ſeptæ ſunt, ita ut è longinquo urbes illorum intuentibus, magis nemora & luci, quam oppida videantur.

Nulla in hiſce regionibus ſunt diverſoria, in quibus itinerantibus neceſſaria ad victum præbeantur, tantum in majoribus civitatibus atque oppidis ædes quædam ſunt, quas vocant *Saray*, non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

habitatæ, quæ ab advenis occupantur; ſed neceſſe eſt lectos & reliquam ſupellectilem & coquos ſecum vehere, quibus utantur; uti & tentoria, quæ figunt in illis locis, ubi nullæ ejuſcemodi ædes reperiuntur.

Plebeii equis, aſinis, mulis & camelis vehuntur, tam fæminæ, quam mares; aut interdum vehiculis, quæ tantum duos treſve capiunt, & à bobus trahuntur, deſuper tantum tecta niſi quum fœminas vehunt, tunc enim undique concluſa ſunt: hos boves haud ſecus curant quam equos, & huic operæ ita aſſuefaciunt, ut viginti milliaria uno die abſolvant.

Locupletiores & magnates Elephantis utuntur; aut pallanca (ut vocant) quæ veterum lecticam æmulatur, quam bajuli geſtant.

Aucupio & venatu plurimum delectantur: canes illorum noſtris venaticis non abſimiles ſunt, ſed minores: etiam leopardos ad venandum cicurant, qui ſaltu feras aſſequuntur. Aves paluſtres & fluviatiles miro aſtu capiunt. nam avis ſimilis illis quas capere proponunt, exuvias infarciunt ita, ut vera avis videatur, & aquam ingreſſi, totum corpus demergunt, facie ſolum excepta, quam ave illa facticia tegunt, atque ita inter avium gre-

gem delati, eaſdem ſub aqua pedibus prehenſas capiunt.

Sunt & induſtrii ſagittarii, quippe arcus exiguos è bubalorum cornibus artificioſe conglutinant, & ſagittas è levibus cannis induſtrie aſperant, quibus volucres etiam volantes ferire norunt. Domi ſcaccorum ludo plurimum delectantur; habent & chartas luſorias, ſed à noſtratibus multum diverſas. Luctæ quoque & pugilum ſpectaculo animum explent, aut præſtigiatorum, qui angues quoſdam circumgeſtant, à quibus ſe morderi patiuntur. Denique ſimiorum & cercopithecorum ludibriis valde capiuntur; quos regio hæc innumeros nutrit, candidos & valde agiles, quique avium nidis mire inſidiantur.

In ſingulis majoribus civitatibus & municipiis, fora rerum venalium bis quotidie celebrantur, ſemel paulo ante ortum ſolis, iterumque paulo ante illius occaſum; ubi pleraque omnia pondere veneunt.

Sole fervente domi deſident; opulentiores quoque ſervos ſuos habent qui largis coriaciis flabellis ventum faciant & aërem refrigerent: uti & chirurgos ſuos, qui brachia ipſorum & alia membra agitent ac jactent; quod in orientalibus hiſce regionibus eſt uſitatiſſimum ad ſanguinem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

guinem commovendum.

Laudanda autem eſt Mahumetanorum & gentilium fidelitas, qui peregrinis in itinere ita famulantur, ut tutiſſimo hic paſſim iter agere poſſint. heros ſuos pedites & armati comitantur: horum opera admodum vilis eſt; nam ſingulis lunis præter victum haud ſupra quinque ſolidos pro mercede accipiunt. Summam quoque pietatem erga parentes colunt, ita ut ipſi potius fame emori malint quam ipſos egere.

Sunt tam inter Mahumetanos quam Gentiles quidam notæ fortitudinis atque audaciæ; inter quos agmen ducunt Baloches ſive Boloches, qui Hajacan provinciam incolunt ad fines Perſiæ; & Patanes in provincia ejuſdem nominis in regione Bengalæ. Inter varias gentilium ſectas, tantum una eſt natio, Raſbootes vocant, latrociniis infamis, qui itinerantes ſine diſcrimine ſpoliant & crudeliter trucidant; iidem ſunt & fortiſſimi milites: reliqui harum regionum indigenæ fere puſillanimes ſunt, & magis rixari amant quam pugnare, ita ut Rex dicterio uſurpet; unum Luſitanum tribus Indis præſtare, & Anglum unum aut Belgam duobus Luſitanis.

Naves quæ quotannis Surate ſolventes Moham in Mari rubro ſitam petunt,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

tunt, ingentis molis ſunt, ſed neglectim ſtructæ; & licet plurimis machinis inſtructæ ſint, ne ſic quidem ſatis munitæ. Singulis interdum mille ſeptingenti homines vehuntur, qui non tam rei faciendæ gratia proficiſcuntur, quam ut Medinam petant, & Mahumetæ ſepulchrum venerentur; nam qui hanc peregrinationem ſemel abſolverint, deinceps *Hoggei*, id eſt, Sancti appellantur. Solvit autem hæc navis plerumque menſe Martio, & ſequenti anno ſub finem Septembris revertitur: breviori quidem & duorum menſium ſpacio iter hoc abſolvi poſſet, ſed pluviis menſibus tam ſævi ventorum turbines Indico mari incumbunt, ut non niſi cum ſummo diſcrimine tum navigetur. Navis hæc vix aliud quicquam præter aurum & argentum revehit, præterquam quod ab aliis quoque regionibus metalla inferantur, quæ rurſus exportare capitale eſt. Aurum autem omne atque argentum ſive factum ſive infectum, hic liquatur & purificatur, dein numiſmata Perſicis literis inſcripta, quæ nomen Regis & dignitatem præferunt, cuduntur: nam auro argentoque hic utuntur abſolutiſſimo.

Vulgare indigenarum idioma ipſis peculiare, facilis admodum eſt pronun-

ciatio-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

ciationis, ſcribiturque ab ipſis quemadmodum & apud nos, à ſiniſtra in dexteram. Doctiorum lingua Perſica eſt aut Arabica; ſed hi inter ipſos admodum ſunt rari, librorum penuriâ, quos paucos habent & manu ſcriptos: licet eo ingenio ſint & induſtria, ut ſi literatura accederet, in omni genere ſcientiarum multum poſſent præſtare.

Habent aliquot opuſcula Ariſtotelis, quem vocant *Aplis*, in Arabicam linguam verſa; Avicennæ quoque, qui Samarcandæ natus fuit in ditione Temirlanis, artes nonnihil callent. Communes morbi apud illos ſunt, dyſenteriæ, febres ardentes, in quibus inediam tanquam principale remedium ſuadent; & lues venerea, quæ valide hic graſſatur. Muſica quoque delectantur, plurimaque habent inſtrumenta, quæ aut fidibus pulſantur aut vento inflantur, ſed veram harmoniam merito in illis deſideres. Verſus componunt ad eundem modum, & rerum geſtarum annales perſcribunt: Aſtronomia denique inprimis delectantur; nam Aſtronomis Rex ita fidit, ut non facile quidquam aggrediatur, niſi hi ante obnuntiarint fauſtum aut infauſtum fore diem. Sed jam tempus eſt, ut de ipſorum religione & ſuperſtitionibus dicamus.

Incolæ

Incolæ hujus regni (inquit *Texeira*) dividuntur in Mahumetanos & Gentiles; ſed harum duæ tertiæ partes fere unius ſunt opinionis; licet fere Gentiles omnes ſequantur ſectam & opinionem Pythagoræ; credunt enim animarum immortalitatem, illaſque aut præmium aut pœnam conſequi per tranſmigrationem in alia corpora; aſſerunt enim, quum quis moritur, ſecundum quod bene aut male vixerit, in alterius animalis aut boni aut mali corpus tranſire; atque inde aut meliorem aut pejorem conditionem nanciſci, idque in infinitum; atque hæc cauſa eſt, cur vaccas tantopere venerentur, & Legiſlator illorum Ramak illas ipſis unice commendaverit, quas tanquam numina colunt, quia ſunt animalia domeſtica, utilia, & ſi bene tractentur (ſecundum ipſorum opinionem) ad bonas animas recipiendas comparata: præter hanc plures alias habent perabſurdas opiniones. Atque ex illa ſequitur, quod ſumma charitate utantur erga omnes animantes volatiles & terreſtres, & neque illas occidant neque comedant, quia animas credunt humanas in illas commigraſſe: eo uſque ut in civitate Cambevat, quam Luſitani vocant Cambayet & Cambayam, publicum hoſpitale inſtituerint, in quo curant animalia omnia

mnia morbida, licet parum aut nihil curent homines : plurimumque expendunt in ſuperſtitioſa hæc deliria : quemadmodum, me tum in India agente (inquit Texeira) in oppido Diu, gentilis quidam Banean nuptias tauri & vaccæ tanta opulentia celebravit, ut decem aut XII millia ducatorum in illas expenderet, ne dicam XXX millia, ut quidam affirmant, quia malo certa & vera ſcribere.

In regno Guzeratenſi, varii ſunt ritus & ſectæ incolarum ; & quod mirum, vix familiam invenias, in qua omnes congruant; alii comedunt carnem, alii nequaquam; alii comedunt quidem, ſed non mactant animalia: alii nonnulla tantum animalia comedunt ; alii tantum piſces; alii tantum lac & herbas: plurimi etiam blito rubro, vulgari in illis partibus herba, abſtinent, quia ſanguinem continere credunt, quem ipſis fundere nefas : non pauci quoque & conſervis, quia Saccharum albumine ovorum defæcatur. Horarum quoque & temporum obſervantiſſimi ſunt, adeo ut poſt ſolis occaſum cibum ſumere nefas putent. Hi ipſi denique longe ſuperſtitioſius quam ullæ aliæ nationes cæremonias ſuas diabolicas obſervant. Indigenæ Guzeratenſes ſeſe

com-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

communi nomine *Vanean* ferunt, Luſitani corrupte vocant Baneanes. Horum licet variæ & pene infinitæ ſint familiæ & ſectæ, tamen tres cenſentur principales, *lon Kah*, *Mexery*, & *Baman*: priores duæ in eo differunt, quod Mexery idola habeant eaque venerentur, lon Kah minime, ſed unum Deum principium & finem omnium rerum agnoſcant & colant: cætera, connubia inter ſe jungere & cibum una capere non detrectant. Poſſident hi populi in meditullio regni Guſeratenſis peramplam civitatem Byſantagar, & plures pagos in ambitu illius, in quibus circiter xxx mill. familiæ ipſorum numerantur; gens olim inops, ſed quæ hodie agricultura & animalia paſcendo rem familiarem ſupra fidem auxit, & præſertim mercatura in qua ſunt ſagaciſſimi atque adeo doloſi. Mares colore cutis minus ſunt commendabili & ſubfuſco: prolixo capillicio, & caput tecti ſindone pertenui coagmentata: corpus dalmatica ad talos uſque demiſſa: fœminæ coloræ ſunt candidiore, quem fuco adjuvant purpurantque: coma prolixa & ſparſa, quam tenuiſſima tela operiunt: cæterum nares, aures, ſuras, multis annulis onerant æneis, aureis, eburneis, pro conditione ſua. Matrimonia his laudabilia, cælibatus exo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

ſus & infamis : ſeptennes ſæpe nubunt, & decem annos natæ pariunt, præcoci nimis fæcunditate & non duratura. Raro autem viri ſuper unam uxorem ducunt, quum polygamia probro inter ipſos ſit. Nulli autem harum ſectarum animalia mactare aut ſanguinem fundere permittitur. Eorum ſacerdotes dicuntur Bramenes aut Brachmanni (qui non multum abludunt à Gymnoſophiſtis, de quibus veteres Græci Scriptores multa prodiderunt.) horum phantaſticam & fabulogam Hierologiam deſcribere longum eſſet, neque hujus operæ. pauca delibaſſe ſuffecerit. Mundum hunc creatum agnoſcunt, & homines primum duos factos, Porum & Parcottam, innocentes, parvo contentos, & ab omni vino, animante & ſanguine abſtinentes. his ortos Brammon, Cuttory, Shuddery & Wiſan: temperatura quadruplici, & conditione, Sacerdotes, milites, mercatores atque agricolas : omnes mares, ſed qui conjuges nacti ſint ſui ſimiles, & ex illis propaginem. Cultus idololatricus : ablutiones quotidianæ : verſæ ad orientem preces, & ſimilia, ad normam Iudaicorum ſacrorum expreſſa, & multis ludicris ceremoniis inquinata.

Reyſbuth, Raſbootes vel Raſpoothes (nam in nomine variant authores) qui

à mul-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

à multis ſeculis oras Indi & regionem adjacentem accoluerunt, ſunt gentiles. Arma ipſorum ſunt ſpiculum, gladius, & parma in modum alvearis facta, ita ut & camelis ſuis in ea potum, & equis far præbeant. Equos habent robuſtos & agiles, quos nullis ferramentis calceatos à primis annis aſcendunt. Gens eſt bellicoſa, & inprimis fortis & bello aptiſſima. Marito defuncto vidua ſponte rogo inſilit, & una cum ipſius cadavere concrematur; id jam notiſſimum eſt.

Hendowines, qui ab Aſmere ad arctum & verſus Muttan incolunt, itidem ſunt gentiles, ſed diverſis à cæteris inſtitutis; nam neque carne neque piſcibus abſtinent. Nudi preces ſuas concipiunt, & cibum capiunt circulo concluſi, quem aliis ingredi nefaſtum putant. fæminas ſuas inde à prima pueritia annulis argenteis, æneis & ferreis ornant; brachia quoque eburneis; id inprimis decorum putant.

Gentiles qui Golcondæ regnum incolunt, religionem ſuam implicita fide hauriunt à ſacerdotibus ſuis, quos vocant *Bramenes*, qui nullam aliam rationem illius reddere poſſunt, quam ſe à multis ſeculis à ſuis majoribus illam accepiſſe. Credunt, antiquitus quidem tantum unum Deum fuiſſe, qui poſtea alios quoſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

dam ſemideos ſibi aſſumſerit è mortalibus, qui miraculis aut vitæ ſanctimonia inclaruerint; his templa ſua ſive pagodes dicant, & prout cuique allibuerit, divinum cultum exhibent. Animarum quoque immortalitatem & tranſmigrationem in alia corpora credunt; unde & ſuperſtitioſe à mactatione omnium animantium abſtinent. Homicidia & latrocinia quidem caute vitant, in fraudes tamen maxime proclives. Polygamia permiſſa quidem, ſed non ita uſitata, niſi ob conjugum infæcunditatem. Adulteria in fæminis puniuntur; Scortationes tantum modeſtia reprimuntur; nam cætera hic tribum conſtituunt certæ familiæ, quæ *Bagovvaro* dicuntur, & corpora ſua promiſcue vulgant ſine ullo pudore aut metu.

De moribus & ſtudiis incolarum è noſtrorum relatione.

Vulgi in hiſce regionibus miſera admodum conditio eſt; nam primo mechanici, qui hic quamplurimi ſunt, raro ad majorem dignitatem emergunt; nam fere liberos ſuos eandem artem edocent, quam ipſi exercent; neque uti apud nos unum opus à ſingulis artificibus abſolvitur, ſed à pluribus: & mercedem admodum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

dum exiguam dietim capiunt, puta quinque aut ſex Taccas, id eſt quatuor aut quinque ſtuferos noſtrates; unde jugiter famelicum ventrem familiari explent victu, quem vocant *Kitſery*; componitur è piſis & pauxillo oryzæ; hæc ita mixta cum aqua foco admovent, & tantiſper relinquunt, donec legumina & fat humorem omnem ebiberint; hinc cibum fere veſperi calidum pauxillo butyri affuſo ſumunt; per diem autem eadem piſa, aut alia farra toſta mandunt. Caſæ ipſorum humiles & fere è luto aut ceſpite, ſtramine deſuper tectæ; ſupellex admodum rara, aliquot vaſa argillacea; lectiſternia duo, unum pro viro, alterum pro fæmina; nam conjuges unum lectum hic occupare inſuetum; mares ubi eos lubido inceſſerit, fœminas advocant; tegumenta & ſtragula ipſis rara & tantum levia, quæ uti commoda ſunt quum gravis eſt æſtus, ita quum acriter friget, miſeris non multum proſunt; frigori autem mederi conantur foco ante ædes ſtructo, è ſtercore bovillo ſiccato, qui ingentem fætorem intolerabilemque fumum in oppidis & pagis conciliat; intra ædes focum accendere ipſis ignotum.

Miniſtrorum & famulorum hic ingens eſt numerus; nam nemo eſt alicu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

jus notæ, qui non plures alat; ii & domi & foris miniſteria ſua noverunt probe, & tam pertinaciter iis inhærent, ut nefas putent alterius miniſterium vel uno digito attingere: Ii nominibus ſicuti muneribus diſtinguuntur: *Seluidares* equorum tantum curam habent; *Billewani* carrorum & armentorum, quibus trahuntur: *Fraſſi* tentoriorum & aulæorum, quibus tam domi quam in itinere utuntur: *Serruwani* camelorum; *Mahauti* elephantorum: *Zanteles* ſive curſores; ii plumas in capite, duo cymbala cincturæ appenſa geſtant, ad quorum tinnitum paſſus ſuos metiuntur; plerumque autem ſingulis diebus xxv aut xxx coſas abſolvunt; horum diligentia ut dominis ſæpe commodum, ita ignavia maximum detrimentum ſolet adferre, præſertim præfectis provinciarum aut oppidorum, qui ſi in obnunciando ea quæ in provincia geruntur tardiores deprehendantur, Regis gratia excidunt, & muneris ſui cum ignominia jacturam faciunt. Cætera miniſteria exequi longum eſſet. Merces horum exigua, nam ſingulis menſibus tantum tres quatuorve rupias capiunt; emolumenta nonnullorum paulo majora, nam vix quicquam ad uſum dominorum ſuorum emunt, quin pauxillum quid ſibi à venditoribus in-

dulgeri poſtulent; dominis quidem haud ignaris, ſed qui non ſatis intelligant, ſe tanto carius emere.

Mercatorum paulo tolerabilior conditio eſt, niſi quod ſi quas conquiſiverunt opes, tacite poſſidere cogantur, obnoxii alioquin delatoribus, qui veris aut falſis criminibus apud Magnates miſeros ita infamant, ut tanquam ſpongiæ exprimantur non ſine vitæ diſcrimine.

Magnatum luxum & dapſilitatem explicare perdifficile eſt, quum hoc ſolum dent operam, ut, dum licet, omni genere voluptatum ſe expleant: ſummus eorum ſplendor fere intra gynæcea (*Mahal* ipſis) conſiſtit: etenim tres quatuorve interdum & plures uxores ducunt; quæ ſingulæ in ſuo gynæceo ſeparatim degunt cum ancillis ſuis ſeu mancipiis magno ſæpe numero, pro dignitate aut opulentia: ſingulis in menſes ſingulos ſumtus domeſtici à marito ſubminiſtrantur, ſupellex, amictus, monilia, ſecundum opulentiæ aut dilectionis modum.

Maritus autem, prout allibuerit, nunc ad hanc nunc ad illam ſub veſperam accedit, jam ante de adventu illius præmonitam: certant illæ inter ſe maritum laute, magnifice, & amanter excipere; æſtivis menſibus benevolentium unguentorum & liquorum copia, qua corpus &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

veſtes illius perfundunt ; ſervulæ pro ſe quæque annituntur, ut eidem placeant, aliæ muſcas flabellis pellunt, aliæ manus pedeſque illius fricant, aliæ cantillant & muſica pulſant inſtrumenta, aliæ denique choreas agunt : uxor conſidet juxta maritum, ſumma modeſtia nutus illius omnes obſervans, nec aliter quam Dominum ipſum vocans; omnis generis delicias ipſi exhibens, inprimis conſervas ex ambaro, margaritis, auro & opio, (Moſtory & Folony vocant) ut veneris appetitum augeat: vinum quoque largiter miniſtrans, donec aut obdormiſcat, aut lectum cum ipſa petat: Fit autem non raro, ut in unum è ſervulis oculos conjiciens maritus neglecta conjuge, amplexus illius occupet; quam injuriam marito præſente callide licet conjux diſſimulet, tamen poſtea in ſervula ulciſci ubi datur occaſio, minime negligit. Singulis uxoribus aliquot eunuchi dantur à maritis cuſtodes, ita tamen ut non raro ovem lupis committant, tanta eſt fæminarum impudicicia, & horum quoque eviratorum improbitas; quo fit ut fæminæ hæ eunuchos hoſce haud ſecus colant & molliter curent, quam maritos ſuos proprios. Ædificia magnatum admodum ampla ſunt; multaque habent

bent

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

bent atria & conclavia; cæterum ſecus ſolum tantum; ipſorum tecta fere plana ſunt, ut veſpertina aura ſe oblectent; in areis habent ſtagnum, & arbores ad æſtum evitandum. Cæterum parietes ſine calce coagmentati facile ſe inclinant, nec ævum ferunt: hos calce prius obductos, gypſo quodam è viva calce, lacte, gummi & ſaccharo temperato, tanta induſtria incruſtant, & poliunt, ut ſpeculi inſtar reſplendeant. Supellex præterquam in gynæceis rara, ubi magnam vaſorum aureorum & argenteorum videre eſt copiam: In atriis virorum, præſertim ubi conſident, (divan gana vocant hoc conclave) aulæa Perſica ſternuntur, quibus inſidentes ſuos & alios ad ſalutandum admittunt: ſalutatio (Selam vocant) fit humili corporis inclinatione, & dextra ſupra caput ſublata, ab inferioribus; à paribus tantum corporis inclinatione. Admiſſi pro dignitate certo ordine ad utrumque latus collocantur: inter ſermocinandum ſumma utuntur modeſtia, morum magiſtros dicas, neque vociferantur, aut manibus geſticulantur: ſi quid alteri dicere neceſſe eſt, quod ab aliis audiri nolunt, peplum ori admovent, ne halitum alterius hauriant. Reſponſum nacti ad id quod quærebant,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

diſcedunt, præter amicos aut familiares (qui manent, donec dominus ædium conſurgat, aut ad cibum capiendum diſcedat) aut invitatos. ii aulæo humi ſparſo inſident, ſingulis autem à Dapifero (Zatterſu appellant) ſuus diſcus & portio ciborum, (qui exquiſiti ut plurimum & multo butyro conditi, cum pauxillo aromatum) apponitur. mappas & mantilia ignorant: digitis tantum cibos contrectant: ſiniſtra uti aut digitos lingere indecorum ipſis: potum nullum uſurpant, niſi poſtquam jam cibos capere abſolverint. Hæc communis & uſitatiſſima ipſorum vivendi eſt ratio. Quod autem de fœminarum impudicicia & luxuria diximus, haud ita intelligendum eſt, tanquam nullæ hic eſſent pudicæ; ſed adeo paucæ ſunt illæ, ut numero aliarum obſcurentur.

IV.

DE REGIMINE politico & civili.

IMPERATOR harum regionum, princeps plane eſt abſolutus: nullæ hic ſcriptæ leges; principis voluntas pro lege habetur; ſemel ſingulis ſeptimanis ſedet pro

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

pro tribunali, auditque patienter omnes cauſas tam civiles quam criminales, eaſque terminat judicio plane irrevocabili: pœnæ quoque capitales ut plurimum ipſo inſpectante infliguntur in damnatos cum ſumma crudelitate: atque hæc quidem in urbe regia aut ubicunque aulam habet. In cæteris provinciis ad eundem modum à præfectis jus dicitur delegata poteſtate per Firmam, ut ipſi vocant; qua iidem abſolutam accipiunt poteſtatem in ſubditos vitæ & necis. Imperator & præfecti provinciarum plurimum judicant ſecundum allegata & probata: lites ſumma brevitate abſolvuntur: ſontes autem ſevere admodum puniuntur, nam aut capite plectuntur, aut ſuſpenduntur, aut palo infiguntur, aut elephantis aliiſque feris objiciuntur ſecundum delicti modum.

Rex ter quotidie ſe populo conſpiciendum præbet: Semel poſt ſolis ortum è feneſtra (*Iarneo* vocant) quæ patet ad orientem ſupra portam prætoriam, ubi à multitudine ſalutatur, ut plurimum hac acclamatione, Padsha Salament, id eſt, Rex vivat: Secundo meridie, quo prodit ad eandem feneſtram, ut elephantorum aut aliarum ferarum pugnas contempletur: Tertio paulo ante occaſum Solis, ad feneſtram, quæ patet ad occidentem,

dentem, (Durbar ipſi vocant:) ubi autem ſol occidit, ſubducit ſe cum tympanorum& aliorum inſtrumentorum clangore, & acclamationibus populi. Omnibus hiſce temporibus ſiquis ſupplicem libellum offerat, auditur. à ſeptima autem veſpertina ad nonam privatim cum magnatibus conſultat in pulcherrimo atrio, quod vocant *Guzelcan*. Præcipui miniſtri aulæ atque adeo Imperii ſunt Theſaurarius, Præfectus Eunuchorum, qui & aulæ Magiſter eſt, Secretarius; Magiſter Elephantorum, itemque cuſtos tentoriorum, & cuſtos veſtimentorum & monilium. Habet & præfectum prætorio. quem vocant Cutwallum. quales quoque ſunt in omnibus civitatibus & oppidis primariis, qui prætorum urbanorum officio funguntur. Cadeæ autem cuſtodes ſunt carcerum, qui debitores omnes qui ſolvendo non ſunt carcere concludunt, & eorum bona, atque adeo ipſos & liberos eorum venundant, & mancupio tradunt.

Cæteri fere principes ſecreto res ſuas peragunt, hîc vero omnia regni negotia propalam diſcutiuntur. nequidem ea quæ intra conclave peraguntur, curioſos latere poſſunt, exiguo modo donario ſcribis illius indulto.

Nemo à principe quidpiam petiturus

ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

ad ipſum admittitur ſine munere; quod qualecunque tandem ſit, accipit; ſæpe etiam remittit, quum diſplicet, aut ut majus & melius extorqueat.

Cæterum regimen mere tyrannicum eſt. nam quum Rex ſolus ſit Dominus omnis ſoli, pro libitu donat & adimit agros ſubditis ſuis: magnates quoque crebro locum mutare cogit, ſimul cum terris quas ipſis in cenſum attribuit; tenuiores vero & plebem ita vexat, ut ſæpe ſingulis ſemeſtribus agros mutare cogantur: nam aut Rex ipſe ſibi ſumit, & deteriores in eorum locum reſtituit; aut quos uni eripit, alteri donat; quo fit ut regio omnis minus ſedulo colatur.

Porro conditio agricolarum hæc eſt, ut accedant præfectos pagorum, qui in ſingulis à Rege conſtituuntur, & apud illos profiteantur, ubi & quantum ſoli ipſis conſerere in animo ſit, aut ubi pecudes aut armenta paſturi: ubi ſeges maturuerit, & ſecta fuerit, regii miniſtri vocantur, qui in Regis uſum capiunt pene tres quadrantes omnium frugum, & miſero colono unam tantum quadrantem reliquum relinquunt; ita ut interdum nullum laborum aut ſumtuum emolumentum capiant. pro paſtura nihil aut perparum ſolvitur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

V.

DE
AVLA REGIA
& arce Agrenſi.

ARx Agrenſis, opus magnificentiſſimum, & inter ædificia Orientis facile primarium, ſita eſt ad ripas fluvii Gemini vel Iemenæ, tria quatuorve milliaria ambitu complexa, & pulcherrimo & validiſſimo muro è quadratis ſaxis cincta, cum latiſſimis foſſis & pontibus penſilibus. Habet & vallum cum ſuis propugnaculis, intra quod ſunt munitiſſima mœnia cum ſuis portis. Ad arcem patet aditus per quatuor portas; quarum una ſpectat ſeptentriones, quæ ingentibus machinis munita eſt; altera patet ad occidentem verſus forum publicum quod vocant *Baſar*, hæc dicitur porta *Cichery*; intra hanc è regione portæ cernitur *Caſi* ſive Tribunal principis, ubi cauſas omnes audire ſolet, juxta quod collocata ſunt tria mortaria ænea vaſtæ molis. Ex adverſo hujus tribunalis eſt principis *Cichery* ſive atrium, in quo Waſir principalis reſidet, qui cenſus omnes, indulta principis, diplomata aliaque ejus generis

ſcripta

ſcripta promulgat, & exemplaria illorum cuſtodit. Portam hanc ingreſſis occurrit platea, undiquaque ædibus & munumentis ſepta, ad quartam leucæ partem: hanc emenſis obvia eſt tertia porta, quæ ducit ad Regis Derbar; hæc ſemper catenis clauſa eſt, neque quiſquam eam eques intrare permittitur, præter Regem & ipſius liberos. Hæc porta pertinet ad meridiem, diciturque Achabaris Drowage, intra quam eſt gynæceum ſcortorum, quorum aliquot centena hic degunt & à principe aluntur; certiſque vicibus parata ſunt, quoties à Principe aut illius concubinis vocantur, ut ſaltationibus & cantilenis familiam Regis oblectent. Quarta porta deſpicit fluvium; ea dicitur *Derſane*, ducitque in pulcherrimam aream ſecundum ripas fluvii; in hanc proſpicit Rex quotidie, quum Sol primum exoritur, quem ſalutat ipſe; proceres autem hic conveniunt, ut regem ſalutent, & conſiſtunt in loco nonnihil edito; reliquis Hadys, id eſt, equitibus & promiſcua multitudine in area manente. Hic quoque meridie proſpicit, ut ſpectet Thamashan, id eſt, pugnas Elephantorum, Leonum, Buffalorum, & aliarum ferarum: id fit quotidie, præterquam die Solis: ſingulis autem diebus Iovis non modo has pugnas ſpectat, ſed

&

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

& crudelia damnatorum ſupplicia. Sed ad tertiam portam jam revertamur. ea admittit ſpacioſiſſimam aream, undiquaque cinctam patentibus atriis, in quibus duces illius & tribuni militares, certis vicibus per ſeptimanas excubant: atria iſta vocant *Ateſcannas*, excubandi vices *Chockees*. Paulo ultra per cancellos intratur in interiorem aream, intra quam non niſi principis nobilitas, & alicujus dignitatis viri admittuntur. vulgus à cuſtodibus portæ fuſtibus arcetur. Intra hos cancellos admiſſis, obvius eſt Principis *Derbar*, ſive thronus regalis; ante quem exigua area cancellis undique cincta & deſuper aulæis tecta eſt, ut arceat radios ſolares: ſupra hanc porticus eſt, in qua Rex throno inſidet, ad quam nemo niſi vocatus aſcendit, præter illius filios & ſummum Vezirium, & duos flabellatores, quos vocant *Punkavvas*, ut ipſi ventum faciant, & muſcas pellant. Intra hos cancellos non facile admittuntur quam quadringentorum equitum duces. In adverſa parte hujus areæ pendent aureę nolæ, quas ii, qui ab inferioribus Regis miniſtris nihil æqui ſe impetraſſe conqueruntur, impellunt, atque ita ad ipſum principem admiſſi, querimonias ſuas exponunt; ſed ſummo cum diſcrimine,
niſi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

niſi cauſa ipſorum admodum juſta ſit. Ad hunc locum Rex quotidie prodit inter tertiam & quartam pomeridianam, & multa millia ingrediuntur hanc aream & locum occupant pro ſua quique dignitate; hic manet uſque ad veſperam, audit cauſas, & literas è variis provinciis, Vezirio prælegente; equi atque elephanti coram ipſo hic traducuntur, & à certis miniſtris probantur, an bene ſe habeant. In interiori arce ſunt duæ editæ turres, quæ è longinquo conſpiciuntur, abſolutiſſimo auro tectæ, una ſupra illius gynæceum, altera ſuper gazophylacium.

E Derbaro digreſſus, poſt duas horas revertitur ad aliam porticum, quæ deſpicit in interiorem aream, & gynæceo illius (Mohol ipſis) adjuncta eſt: ad hanc non niſi magnates admittuntur, idque cum certis ſymbolis, quæ ſingulis noviluniis ipſis impartitur: hic poculis indulget certo numero & menſura, non raro ad ebrietatem; atque ita potus interdum horrenda ſupplicia in reos decernit.

Ab hac area ſemita ducit ad amœniſſimum hortum, itemque ad cymbam, qua fluvium trajicit ad hortum in oppoſita ripa.

In atria interiora aula regalis nulli

mortales intrant præter Ennuchos; concubinæ ipſius hic conclavia ſua ſortiuntur, virilibus armis inſtructæ; eædem & ſupplicia in ſontes, ſi qui forte deliquerint, decernunt & capiunt.

Duo præcipue feſta in aula magna pompa quotannis celebrantur: exordium novi anni, & natalis principis: Prius feſtum celebratur ipſo novilunio poſt ingreſſum novi anni, quem hic inchoant à Martio: vocant Nourous ſive Noroſe, ad imitationem Perſarum; quæ vox ſonat novendium, licet hodie octodecim dies duret. In medio areæ ante principis Durbar, erigitur thronus quatuor pedes ſupra ſolum; qui undique concluditur pretioſiſſimis aulæis, ita ut quadratum ſpatium includat LVI pedes longum, & XLIII latum, ſimilibus conopæis deſuper tectum; ſolum itidem ſtratum eſt pretioſis ſtragulis Perſicis. intra hoc ſeptum admittuntur magnates omnes & ſummæ dignitatis viri; exceptis præcipuis aulæ miniſtris, qui alio ſepto ſub throno concluduntur.

Thronus ipſe quadratus eſt, è lignea quidem materie ſed conchis margaritiferis artificioſe variegata; conopeum longe opulentiſſimum, incumbit quatuor columnis argento tectis, cujus oram ambiunt fimbriæ pulcherrimis unioni-
bus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

bus intertextæ, è quibus dependent poma & pira ex auro abſoluto, intus cava: Rex inſidet pulvinaribus, multis unionibus & opulentiſſimis gemmis ornatus: reliquum areæ ambitum occupant tentoria magnatum, qui inter ſe certant opulentia & magnificentia, hic enim quicquid ipſis pretioſi eſt, exponunt; ſolebat autem princeps ſingulorum tentoria accedere, & ſumere, quod ipſi maxime allubeſcebat; nunc vero ſedens expectat à ſingulis ſtrenas.

Sunt & ſtationes Reginis illius paratæ, è quibus ſpectant ea quæ geruntur, neque tamen ipſæ conſpiciuntur. Iiſdem diebus & populo ſe exhibet è Durbaro, & ab omnibus dona accipit. denique ſub finem feſti aulicis & magnatibus bene meritis dona elargitur modica, & penſiones atque dignitates nonnullis auget.

Natalem ſuum celebrat Princeps hoc modo: poſtquam in palatio bona pars diei, ludicris & feſtis jocis conſumta fuerit; princeps cum nobiliſſimo comitatu vadit ad matris ſuæ palatium, (ſi ſuperſtes ſit) magnateſque pro ſua conditione & opibus ſinguli Parenti illius ſplendida munera offerunt. Dein in auiam reverſus & ſympoſio abſoluto, concedit in perpulchrum conclave, ibidem-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

que in aurea bilance ſe appendit contra aurum, argentum, gemmas, omnis generis farra, & alia ejuſmodi; & pondus accurate annotatur & cum pondere præcedentis anni comparatur: poſtero die res iſtas omnes pauperibus, aut ut alii produnt Bramenibus, elargitur Rex: ſed longe majora dona à ſuis accipit.

Res iſtas quibus ipſe appenditur æſtimant pretio decem millium librarum Sterlingenſium; eodem die veſperi ſpargit inter principales quidem proceres, concavas amygdalas ex auro & argento mixtas; inter inferiores autem rupias recenter cuſas; & bonam partem noctis perpotat, donec ſomno vinoque ſepeliatur. Thomas Rœus Eques Magnæ Britanniæ Regis, ad principem hunc legatus, celebritatem & modum hujus appenſionis ita deſcribit: Ductus, inquit, fui in ſpatioſum & amœnum hortum, in cujus medio tentorium fixum erat, in quo lances pendebant aureæ ad oram variis gemmis diſtinctæ, à catenis item aureis ſed ſerico firmatis; in ambitu nobiles pretioſis ſtragulis inſidentes regem operiebantur: Ille autem advenit plurimis gemmis multisque pretioſiſſimis monilibus, magis oneratus quam ornatus, & inclinavit ſe in unam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

lancium decuſſatis cruribus conſidens: atque hic primo in alteram lancem ingeſta fuerunt aliquot ſacci pleni argento; & pondus illius obſervatum novem millia rupiarum; quod pene ad mille libras Sterlingenſes accedit: dein ſacci pleni auro & gemmis, uti ferebant: tertio varii panni auro intertexti, ſerici, goſſypini, aromata & aliæ merces itidem in ſarcinas concluſæ: poſtremo farina, butyrum, & alia farris genera: Atque annonam hanc, uti & pannos, ajunt in Banianes erogari, licet nihil tale viderim fieri. Argentum autem omne ſervatur in uſum pauperum, quod ab ipſo principe toto ſequenti anno, veſperi fere in ipſos benigne admodum confertur. Rex ita appenſus aſcendit Thronum ſuum, & è patinis ſpargit inter magnates & nobiles, nuces, amygdalas, alioſque fructus ex argento ita ſubtiliter factos, ut credam mille ejuſmodi xenia non appendiſſe ſexaginta rupias; certe pondus viginti rupiarum, quod reſervaveram, largam patinam implevit: ita ut, ratione inita, non exiſtimem, ipſum, eo die, in totum ſupra centum libras ſterlingenſes ſparſiſſe. Denique noctem ipſe totam potando cum ſua nobilitate exigit.

Omnis nobilitas regni ab ipſius favo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

re inchoatur, & incrementum accipit. Nobilium & Magnatum dignitas & cenſus numero equorum diſtinguitur: ſummus numerus eſt duodecim mille equorum; ejuſmodi fere ſunt quatuor, præter filios principis & uxorem: atque hic numerus ſenſim deſcendit ad viginti. Non quod tot equos alere ipſis neceſſe ſit, ſed Rex aſſignat ipſis tantum terrarum, ut ex iis tantum cenſum colligant, quo tot equos, ſi neceſſe ſit, alere poſſint, computatis in ſingulos equos quotannis viginti libris Sterlingenſibus: ita ut cenſus univerſus qui à Rege donatur, ad incredibilem ſummam aſcendat. Verum quum iſti nobiles moriuntur, tam quod à Rege ipſis donatum, quam quod propria induſtria acquiſiverunt, id omne ad Principem revertitur; haud ſecus quam fluvii omnes ſeſe exonerant in mare: ut plurimum autem Rex viduis & liberis relinquit equos & ſupellectilem, iiſque dignitatem aliquam attribuit; puta ſi maritus aut pater Ducatum obtinuerit quinque millium aut plurium equorum, filio fortaſſe mille aut mille quingentos aſſignabit; prout de ipſo poſtea bene meruerint, plures addens, aut deducens. Nulla autem re magis gratiam Regis merentur quam opulentis donis, quibus nobiles inter ſe certant, ut Regem ſibi devinciant.

VI.

DE MONETA, ET NVMErandi modo, & ponderibus.

NVmiſmata hic diſtinguũtur. Aenea quidem per *Picos* ſive *Peyſa*, quæ ſingula valent 12 dram. tria autem æquiparantur denario Anglicano. alii obſervant, *pice* xxx valere ſolidum ſive Shillingum anglicanum unum. Argentea autem per *Rupias*. quæ communiter valent duos ſolidos & novem denarios Angl. interdum etiam tantum duos. Alii duo genera numiſmatum argenteorum tradunt, *Mœmody* & *Roopee*; quorum illa valent ſolidum anglicanum, hæc autem duos ſolidos & tres denarios. Et aureum numiſma appellatum *Dina*, valens xxx ſolidos anglicanos.

Rationes ſuas ineunt per *Lackas* ſive *Leckas*, quæ vox ſonat centum millia; & *Crou* ſive *Caroras*, quæ centum *Leckas*; & *Areb* quę decem *Crou*.

Item in argenteis nummis XIV Rupiæ faciunt unam Maſſam; & CIↃCL Maſſæ centum Tolos: decem autem Toli argenti efficiunt unum Tolum auri, ut ab Hawkino obſervatum invenio.

In æneis nummis Tackæ locum ha-

 bent,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

bent , quarum xxx efficiunt unam rupiam.

In Emporio Suratenſi vulgo utuntur numiſmate Hiſpanico ; & octo regales æſtimantur ibidem v mamudeis ; ſunt autem mamudei nummi argentei Guzuratenſis provinciæ , ex argento minus abſoluto cuſi, qui valent 30 picos æneos. Solidi item Anglicani juſti ponderis valent ibidem 33 pic. cum dimidio.

Batman eſt pōdus LV libr. ſive LXXXII libr. Angl. Maune item eſt pondus LV libr. Angl. ſive L noſtratium ; minus pondo vocatur Ceer ſive Keer , pendent xxx Perſas ſive $1\frac{1}{4}$ lib. noſtratis. Sed obſervandum, mutari hæc interdum à Principibus, nec uno modo ſemper uſurpari ; quum Achabaris pondus & menſura quinta parte minor fuerit quam ſit Selimi ſucceſſoris ejus , & utraque etiamnum uſurpentur.

VII.
DE OPVLENTIA hujus Principis.

OPulentia hujus principis æſtimari poteſt , primo ex amplitudine ditionum & regnorum quæ poſſidet; quæ

quæ ſi bene conſideretur, longe major eſt quam ſit imperium Perſarum, & par imperio Turcico, ſi non amplior. Secundo ex eo, quod nullus in ipſius regno quicquam poſſidet, niſi ex ipſius liberalitate, & quandiu ipſi placet; & quod omnium non modo magnatum, ſed & inferiorum hæres eſt ipſe, & tantum ex relictis defunctorum bonis ſibi ſumit, quantum ipſi allibuerit.

Tertio ex immenſis donariis, quæ quotidie ipſi non modo à ſubditis, ſed & ab exteris Principibus donantur: cujus rei illuſtre exemplum commemorat Thomas Rœus eques; nimirum ipſo Legatione nomine Magnæ Britanniæ Regis apud hunc principem fungente, à Rege Biſampores ſive Viſiapores per legatum huic principi ſubmiſſos fuiſſe triginta ſex pulcherrimos Elephantos: quorum duobus catenæ erant aureæ pondere quadringentarum librarum auri abſoluti: binis itidem ex argento, reliquis ex ære: quinquaginta equos ſumtuoſiſſime ornatos: denique monilia, puta uniones & rubinos ballaſios, quæ decem Lackis rupiarum fuerunt æſtimata. Quid multa? nullus ſine munuſculo aliquo ipſum accedit.

Achabare principis qui hodie rerum potitur, avo decedente, rationibus ac-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

curare ſubductis, conſtitit, theſauros ipſius in auro, argento, ære facto atque infecto, in gemmis & ſupellectile omnis generis, aſcendiſſe ad XXXIV Catoras, LXXXII Lackas, & XXVI mill. CCCLXXXVI rupias: ſive ad Rupias 348.226.386$\frac{3}{4}$. nempe in numiſmate ſignato omnis generis Rupias 198.346.666$\frac{3}{4}$. hoc pacto.

Primo aurea numiſmata; eorum Rex quædam pondere C Tolorum ſive CIↃCL maſſarum cudi curaverat; nonnulla & pondere L & XXV. quæ universa ad juſtum pondus maſſarum ſubducta pendebant 6.970.000. maſſ. & ad rationem 14 rup. in ſingulas maſſ. valebant in totum Rup. 97 580.000$\frac{3}{4}$.

Secundo argentea ſive rupiæ Achabaris valebant Rup. 100.000.000.

Tertio ænea ſive Peyſa aut pici erant numero 230.000.000, quæ 30 tackis in ſingulas rupias ſubductis efficiunt omnino Rupias 766.666.

Atque ita in univerſum ut ſupra 198.346.666$\frac{3}{4}$.

Gemmæ omnis generis, itemque aurum & argentum factum, & vaſa Sinenſia, vulgo Porcellanæ, æſtimatæ fuerunt Rup. 93.820.068.

Nimi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

Nimirum.

Adamantes, Rubini, Smaragdi, Sapphiri, uniones & ſimiles gemmæ, Rup. 60.520.521.

Aurum factum, puta monilia omnis generis affabre facta, Rup. 19.006.745.

Aurea ſupellex, vaſa omnis generis, variæ elephantorum, equorum, camelorum & ſimilium animalium effigies ex auro fabrefactæ, Rup. 9.507.992.

Argentum factum, uti ſcyphi, diſci, candelabra, columnæ, aliaque omnis generis vaſa & utenſilia, Rup. 2.225.838.

Aenea vaſa & ſupellex omnis generis & modi Rup. 51.225.

Denique elegantiſſima omnis generis vaſa è porcelana Rup. 2.507.747.

Atque ita ut ſupra Rup. 93.820.068.

Panni auro argentoque intertexti, tam è Perſia, Turcia, Guzerata, quam Europa: itemque ſerici variorum generum: denique Goſſypini è Bengala & aliis provinciis, æſtimati fuerunt Rup. 15. 509.979.

Lanei panni tam Europæi quam Perſici atque Tartarici Rup. 503.252.

Tentoria, aulæa, conopea, ſtragula & quæcunque neceſſaria ſunt ad ædium ornatum & ad itinera, Rup. 9.925.545.

Libri à magnis viris ſcripti, & pretioſis admodum involucris decorati numero

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

ro XXIV millium, qui æſtimati fuerunt Rup. 6.463.731.

Tormenta bellica, & bombardæ, globi, & pulvis nitratus: aliique belli apparatus in univerſum Rup. 8.575.971.

Arma, parmæ, gladii, pugiones, arcus, ſagittæ & ſimilia Rup. 7.555.525.

Ephippia, fræna aurea atque argentea, & alia quæcunque ad equilia pertinent Rup. 2.525.646.

Tunicę equeſtres auro argentoque variegatæ, ſagula omnis generis, & arma regalia Rup. 5.000.000.

In univerſum Rup. 56.059.649.

Vniverſus hic theſaurus ſi ad calculum noſtratem reducatur, computando ſeſquiflorenum noſtratem ſive thalerum in unamquamque rupiam, efficiet aureos Carolinos ſive florenos 522.339.579.

Wilhelmus Hawkinus Anglus, qui aliquot annis in aula hujus principis vixit, theſauros Selimi, qui parenti ſuo Achabari in imperio ſucceſſit, recenſet in hũc modum.

In nuniſmate aureo.

Serafinorum Achabaris, quorum ſinguli valent decem rupias, erant LX Leckæ: Alterius numiſmatis, cujus unumquodque valet mille rupias, erant XX mil-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

lia: Tertii, quod dimidium tanti valet, x millia: Quarti, quod xx tolos pendet, xxx millia: Quinti, quod x tolos, xx millia: Sexti, quod v tolos, quale Rex hic cudi juſſit, L millia.

In numiſmate argenteo.

Primo Rupiarum Achabaris XIII *Crou* ſive CIↃCCC Leckæ. Secundo nummorum, quos Selimus cudi juſſit pondere c Tolorum, L millia. Tertio ponderis quinquaginta Tolorum, una Lecka. Quarto ponderis xxx Tol. XL millia. Quinto ponderis xx Tolorum xxx millia. Sexto ponderis x Tolor. xx millia. Septimo ponderis v Tolor. xxv millia. Octavo nummorum quos vocant *Savoy*, qui pendent Tolum unum & quadrantem, duæ Leckę. Nono nummorum quos vocant *Ia-garies*, quorum quinque pendent ſex Tolos cum una Lecka.

In gemmis & monilibus omnis generis.

Primo Adamantum infectorum & diverſæ quantitatis, ita tamen ut nulli minus pendant quam duo ceratia cum dimidio, ſeſqui Batman. (Batman autem ut ſupra efficit libras Anglic. LXXXII cum dimidia.) Secundo Rubinorum Ballaſiorum, diverſæ quantitatis & con-

conditionis duo millia. Vnionum omnis generis XII Batman. Rubinorum omnis generis duo Batman. Smaragdorum V Batman. Gemmarum è Cathaia, quas vocant Eshime, magnique faciunt, quinque millia. Corallii, Topaſiorum & ſimilium gemmarum vilioris pretii infinitus pene numerus.

Gladiorum, quorum manubria & vaginæ pretioſiſſimis gemmis diſtinguuntur, bis mille ducenti. Pugiones duorum generum, bis mille. Tympana, quibus in aucupio equites utuntur (quorum quædam ſunt ex auro abſoluto & gemmis diſtincta,) quingenta. Monilia quæ capitibus ſuis aptant, & eiſdem plumas infigunt, magni pretii, duo millia. Sellæ equeſtres ex auro atque argento & gemmis variegatæ, mille. Lanceæ prægrandes (Teukes ipſi vocant) auro obductæ, quarum cuſpides gemmis ſunt diſtinctæ, viginti quinque, quas loco ſignorum principi ad bellum egredienti præferunt. Vmbellæ ſive Conopea, quibus Solis radios arcent, (ſoli principi his uti fas eſt) viginti. Throni regii, duo quidem ex auro, tres vero ex argento fabrefacti: Sellæ aliæ, ex argento centum, ex auro quinq;. Specula opulentiſſima ducenta. Oenophora elegantiſſima & gemmis ornata centum. Scyphi quingenti, quorum quingenti

genti è pretioſis gemmis facti. Aliorum vaſorum argenteorum, puta patinarum, paterarum, amphorarum, & ſimilium, pondus duorum millium Batman; aureorum autem mille. Annulorum, quibus omnis generis pretioſæ gemmæ continentur, numerus incertus eſt.

Atque ingens hic Theſaurus in una arce Agrenſi recenſetur: habet præterea & alios in arcibus Gualiar, Narvar, Rambor, Haſſier & Rougtaz ſive Rotas; longe autem maximum in arce Lahorenſi.

Idem narrat, ſe in aula agente, Regem hæreditatem cepiſſe Principis cujuſdam Gentilis, Ragæ Gaginat, in cujus theſauris præter gemmas & monilia, inventæ fuerint LX Maunæ auri. Maunæ autem ſingulæ pendent LV libras.

Expenſæ regis in aula Agrenſi quotidianæ ſunt quinquaginta millia rupiarum; quæ fiunt in alendis elephantis & ceteris jumentis illius, item in veſtitu & victu illius, & ſimilibus; quibus accedunt alia triginta millia rupiarum, quæ quotidie in illius gynæceo expenduntur.

Minime autem mirum videri debet, Principem hunc tantum theſaurum poſſidere, quum tot principum theſauri, qui à multis ſeculis in India rerum potiti fuerunt,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

fuerunt, à majoribus ipſius rapti, & ad poſteros dimiſſi, & in immenſum aucti fuerint: Licet autem nulla hic ſint auri aut argenti metalla; tamen utrumque & inprimis argentum maxima copia ab exteris infertur, neque unquam rurſus efferri poteſt.

Thomas Rœus eques jam ſæpe nobis commemoratus narrat, ſe à Præfecto Patanenſi accepiſſe: Præter alios Regum reditus, quotannis à ſingulis præfectis provinciarum aut oppidorum certum cenſum in Regis ærarium inferri: & quidem præfectum hunc quotannis intuliſſe XI Leckas Rupiar. A noſtris obſervatum reperio, vectigal Regis in oppido Surate, quum Cancanna præfectura hic fungeretur, quotannis aſcendiſſe ad vigeſies centena millia mamudeorum; poſt illa tantum ad novies centena millia, aut ut aliis placet decies & quater.

Iidem notant, Vectigalia oppidi Brochiæ quotannis Regi reddere 1260000 mamudeorum, id eſt ſi ad noſtrum calculum reducas 672000 carolinos: oppidi autem Broderæ vectigalia 400000 mamudeorum ſive 213333 florenorum noſtratium.

Vniverſum autem cenſum vectigalium Regni Guzeratenſis ut plurimum conſi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

conficere centum quinquaginta tonnas auri, ut noſtri loquuntur; maximam partem ex agricultura.

VIII.

DE MILITARIBVS copiis hujus Principis.

SYLLOGE Ommerauworum, Mancebdarumque omnium, qui poſt obitum Achabaris, Regis Selimi Ziahaengier nutui inſervierunt.

8 Ommerauwi, quorum ſinguli 5000 equos alere tenentur, licet rariſſime id faciant; equi 40000

9 qui 4500	equi 40500
25 qui 4000	equi 100000
30 qui 3500	equi 105000
36 qui 3000	equi 108000
42 qui 2500	equi 105000
45 qui 2000	equi 90000
51 qui 1500	equi 76500
55 qui 1000	equi 55000
58 qui 700	equi 40600
80 qui 500	equi 40000
73 qui 400	equi 29200
58 qui 350	equi 20500
72 qui 300	equi 21600

85 qui 250	equi 21250
150 qui 200	equi 30000
242 qui 150	equi 36000
300 qui 100	equi 30000
245 qui 80	equi 19600
397 qui 60	equi 23820
298 qui 43	equi 11900
240 qui 30	equi 7000
232 qui 20	equi 4640
110 qui 10	equi 1100
741 qui 4	equi 2946
1322 qui 3	equi 3966
1428 qui 2	equi 2856
950 qui 1	equi 950
7281 tam Ommerauwi & Mancebdares quã Hadies. in univerſum	equi 1068248

Erant tum de peculio Regis, elephanti, equi, cameli, dromedares, muli, boves, in univerſum 32.234. ut ſequitur.

Elephanti tam magni quam parvi, mares atque femellæ, inter quos erant centum eximiæ pulchritudinis.	6751
Equi Perſici, Arabici, Turcici omnis generis.	12000
Dromedares & Cameli.	6223
Muli & boves ad currus trahendos idonei.	7260
In univerſum ut ſupra	32234.

Hæc

Hæc è fragmento Chronici ipſorum accepimus.

Selimo, dum Hawkinus Anglus in aula ipſius degeret, erant hæc jumenta.

Equorum 12000: nimirum Perſicorum quatuor; Turcicorum ſex, Kiſſimerenſium ſive Tartarorum duo millia.

Elephantorum item 12000; quorum quinquies mille erant grandes & mares, reliqui femellæ aut juniores.

Camelorum duo millia.

Boum ad carros ducendos & alia miniſteria, decem millia.

Mulorum, mille.

Dromedarium nulla hic mentio. atque ita jumentorum atque armentorum 37000.

Porro inter hos Elephantes ſunt trecenti eximię pulchritudinis, quibus princeps ipſe utitur; ii pretioſis pannis ornantur, & ſumma cura educantur à nobilibus, quibus attribuuntur cum certo annuo cenſu; nam belluæ hæ farre, ſaccharo, & butyro aluntur, ita ut ſingularum victus quotidianus decem rupiis æſtimetur.

Anno 1609. quum filius Regis ad bellum Decanenſe proficiſceretur, erant in exercitu illius viginti millia equitum & trecenti elephanti; quos ipſe princeps adduxerat: Aſaph Caun præterea adduxe-

rat tria millia equitum, & Emerſee Roſtein, qui Rex fuerat Kandabar, mille lectiſſimos milites; & Raja Maniſengo decies mille equites omnes Raſpootes, & pene mille elephantos.

Anno 1610. Exercitus regius ad bellum Decanenſe miſſus conſtabat ad minimum centum millibus equitum, cum ingenti numero elephantorum & camelorum; ita ut univerſus numerus eorum, qui tum in caſtris numerabantur, quinquies aut ſexies centum millium virorum æſtimaretur.

Plura exempla commemorari poſſent, quorum quædam in fragmento hiſtoriæ poſtea lector deprehendet.

Sunt ipſis plurimæ machinæ ſive tormenta bellica, hîc, uti videtur, jam diu facta, & quidem plura inuſitatæ molis; quæ Elephantis ſubvehunt. Etiam bombardis dextre uti noverunt, quas funali incendunt, optimum enim nitratum pulverem ipſi conficiunt. Vtuntur præterea ſpiculis, ſcutis, gladiis, arcubus & ſagittis. Gladii illorum ſunt falcium inſtar incurvi, ſed tam male temperati, ut citius rumpantur quam flectantur; quare Europæi hic ſummo in pretio ſunt. Sunt inter eos equites quidam, qui omnibus hiſce armis, gladio, arcu atque pharetra, ſcuto atque bombarda inſtructi

ſunt,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

ſunt, & ſpicula inſuper dextra gerunt; & tamen vix ſeſe objicere audent peregri- no, uno tantum horum armorum in- ſtructo, nam Mogoles ipſi gens effæmi- nata eſſe dicuntur: inter gentiles ſunt Raſpotæ, qui bellica laude celebrantur, cujus illuſtre exemplum reperies in fra- gmento hiſtoriæ.

Ingentem ut plurimum militum nu- merum in aciem educunt; furioſeque concurrunt acies, ſed militaris diſciplinæ & ordinum ignorantia cito admodum aut vincunt aut ſuperantur, & non niſi ingenti cæde ut plurimum prœlia diri- muntur. Aheneo tympano aut tuba mar- tem accendunt.

Quum Rex ipſe expeditionē ſuſcipit, caſtra illius quæ vocant Leſ kar, magnum terrarum ſpacium occupant; & quod in- primis mirabile, quatuor aut quinque ad ſummum horarum ſpacio figuntur; ten- toriis ita diſpoſitis, ut oppidi formam repræſentent; & in plateas varias diſtin- guantur, in quibus venalia conſpiciuntur quæcunque neceſſitas vitæ humanæ po- ſtulat, tam exquiſito ordine, ut à maxi- mo ad minimum omnes norint, quanto ſpacio à Regiis tentoriis (Ataſykanna vo- cant) ipſis tentoria figere liceat; nam ad hæc intra bombardæ jactum accedere nefas eſt, ne aditus quidem cuiquam ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

ea patet, niſi vocato. Narrat Thomas Rœus eques, ſe Regis Caſtra vidiſſe anno 1616, quæ non minus quam viginti milliaria Anglica occupabant; & alicubi tres coſas in longitudinem patebant.

In mari parum aut nihil poſſunt, unde fit ut Luſitani in ipſius portubus, ab ipſius ſubditis pro mercibus quas evehunt, vectigal exigant, ipſoſque, ne magnatibus quidem atque adeo filiis Regis exceptis, cogant ſalvum conductum vulgo paſport Regis Hiſpaniarum ingenti ſumma, puta trium, quatuor, quinque & interdum octo millium mamudeorum mercari.

IX.

DE INDIÆ Regibus.

Indorum Regum Series ex D. Garciæ ab Horto Aromatum Hiſtoriæ lib. II. *cap.* XXVIII.

ELAPSI ſunt circiter trecenti anni, quod potens quidam Rex in regno Dely magnam illius Indiæ, quæ intra Gangem eſt, partem occupavit, & regnum Balaguate ſive Balagate quibuſdam Regulis gentilibus ademit.

Eodem

Eodem tempore tyrannidem in *Cambaya* occuparunt quidam Mauritani, expulſis legitimis dominis gentilibus, quos *Reisbutos* vocant.

A Regulis Balaguate originem ducere creduntur quos nunc *Venezaras* appellant; tum alii hanc regionem incolentes, *Colles* nuncupati. Sed tum hi, tum quos Reiſbutos vocant, præda & latrociniis vitam in hunc uſque diem ſuſtentant. Illis totum regnum Decan; his, Reiſbutis ſcilicet, Cambaya regnum tributum pendunt, ut ab eorum incurſionibus ſe redimant. Nec hactenus à vicinis Regibus domari potuerunt: nam ſtrenui ſunt & militares viri. Sed etiam ipſi Reges, pecuniarum avidi, illos impune graſſari ſinunt, modo prædæ partem auferant.

Eſt vero hoc regnum Dely procul in continenti ſitum, & ſeptentrionem verſus Coraſonem uſque extenditur. Frigida admodum eſt regio, nivibus & gelu per hiemem non minus divexata, quam noſtra Europa.

Hoc regnum occuparunt, elapſi ſunt triginta amplius anni, *Mogores*, quos Tartaros nuncupamus, (ejus vero Regis Dely fratrem in aula Sultani *Bhadur* Regis Cambayæ, magno honore affectum vidi.) Sed aliquanto poſt tempore Tartaris ademtum eſt idem regnum, ab uno

Equite, qui infenſus Regi Bengalæ, quod ipſius fratrem occidiſſet, ſeditionem adverſus Regem movit, eoque trucidato Regnum Dely aliaque multa regna occupavit, ita ut omnium ſui temporis potentiſſimus Rex fuerit exiſtimatus. Nam à viris fide dignis accepi, ejus ditionem octingentas leucas ambitu occupaſſe.

Erat hic eques initio dominus montium quorumdam vicinorũ regno Bengalæ, vocatuſq; fuit Xa-holam, id eſt, Rex mundi.

De hujus geſtis major hiſtoria conſcribi poſſet quam de magno *Tamirlan*, quem nos corrupto nomine *Tamberlanem* vocamus, nonnulli *Tamirlangue*, idque melius, quod *Tamir* proprium ejus nomen fuerit, & *langue* claudum ſignificet, quemadmodum ipſe erat.

Ceterum quum hic Rex *Xa-bolam* occupaſſet Decan & Cuncam, nec poſſet tantum imperium continere, rediit ad ſua; & his poſtremo occupatis regnis ſuum conſobrinum præfecit.

Delectatus eſt ſemper ejus conſobrinus peregrinis nationibus; quales Turci, Aſiæ minoris, quam nunc Natoliam appellant, incolæ; Rumes, qui Thraces ſunt; Coraſones, quos nonnulli Arios putant; & Arabes.

Diviſit autem Regnum in provincias, quibus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

quibus præfectos dedit. Maritimam eam regionem quæ ab Angediva uſque ad Ciſardam per ſexaginta leucas extenditur, deinde interiori regione cum aliis terminatur provinciis, gubernandam dedit *Adelhan*, quem nos *Idalcam* vocamus. Ei provinciæ quæ à Ciſardam uſque ad Negatona extenditur per viginti leucas, interiori vero regione aliis provinciis & Cambayæ jungitur, præfecit *Nizamaluco*.

Hi duo ſolum præfecturam obtinuerunt in Cuncam, qui tractus eſt maritimus uſque ad montem *Guate* appellatum. Late patet hic mons, & multis locis præaltus eſt: illud autem mirum, ejus faſtigium in pulcherrimam planiciem deſinere. Et quoniam lingua Perſica *Bala* faſtigium ſignificat, *Guate* vero montem, vaſta illa ultra eum montem provincia nomen *Balaguate* invenit, quaſi dicas ſupra montanam vel ultramontanam.

Balaguatæ igitur provinciæ præfecti ſunt *Imadmaluco*, quem nos *Madrumaluco* appellamus, & *Cotalmaluco* & *Verido*.

Erant vero omnes iſti præfecti peregrini natione, præter Nizamaluco, quem ex Decan oriundum prædicant, & filium eſſe unius Tocha Regis *Daquem*, cum cujus uxore ſtupri conſuetudinem habuerit Rex Daquem. Hinc fit ut *Nizamaluco*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

ex regia ſtirpe ſe prognatum prædicet: reliquos vero præfectos Regis eſſe ſervos, & regia pecunia emtos.

Succeſſu vero temporis factum eſt, ut hos omnes præfectos tæderet obſequii regii; conjuratione itaque inter ſe facta, provincias, quibus præfecti fuerant, ſinguli ſibi occuparunt, & captum Regem *Daquem*, in Beder primaria regni Decan urbe, Verido uni ex præfectis cuſtodiendum dederunt.

Hujus conjurationis etiam participes fuerunt Gentiles quidam, veluti *Mohadum Coia* & *Veriche*; quibus ceſſerunt regiones amplæ cum aliquot opulentis urbibus: videlicet *Mahadum* urbs Viſapor, quæ nunc eſt Regia *Idalcan* & *Solaporret Paranda*, quas poſtea illi ademit *Nizamaluco*. Veriche ſuam provinciam retinuit, quæ Cambayæ & Nizamaluco provinciæ contermina eſt.

Proavus illius *Adelham* qui nunc vivit, unus è conjuratoribus fuit natione Turcus: mortuus eſt anno cIↃ IↃ xxxv. valde potens is ſemper fuit: at ei bis ademerunt Luſitani civitatem Goam, quæ ducentis leucis ab oſtiis fluminis Indi, quem Incolæ *Diul* vocant, abeſt.

Avus illius *Nizamaluco* qui nunc rerum potitur, Pater illius mei amici quem aliquoties curavi (à quo plus duodecies

mille

mille pardavos accepi; & ſi aliquot menſibus ſingulis annis apud eum hærere vellem, in ſtipendium annuum offerebat quadraginta millia; quod accipere nolui) obiit anno cIↃ IↃ IX.

Imadmaluco vel *Madremaluco*, natione Circaſſius fuit, initio Chriſtianus: mortuus eſt is anno cIↃ IↃ XLVI.

Cotalmaluco, natione Coraſone, mortuus eſt anno cIↃ IↃ XLVIII.

Verido natione Hungarus & initio Chriſtianus, anno cIↃ IↃ x mortuus eſt.

Genealogia & ſeries Regum Indiæ è proſapia Teymurlanis.

Petrus Texeira in Perſicis.

MAgni Mogoles ſive hodierni Indiæ monarchæ gloriantur ſe deſcendere à famoſiſſimo illo Tatarorum Imperatore Teymurlane; qui natus erat è proſapia Chinguis-kan Regis Tatariæ, non autem è vili genere, ut quidam perperam tradiderunt. illius res geſtæ ſatis notæ ſunt. qua ſerie autem Teymurlan à Chinguis-kan & reges hi Indiæ qui vulgo Mogoles appellantur, ab ipſo deſcendant, ita prodit Texeira in Perſicis ſuis commentariis. *Chinguis-kan* obiens anno cIↃ CC XXVIII quatuor reliquit filios, Primogenito cui nomen erat *Tūxy-khon* parens

parens attribuerat regna Daſt, Kapecha Roſs & Abulgar. is deceſſit ſemeſtri ante patrem. Secundo autem *Chagatay-Khon* parens dederat regimen regnorum Maurenahar, Aygor & Koarrazm. is obiit anno cIↄ cc XLII. Tertius *Oktay-Kahon* Patri ſucceſſit. Quarto *Tuly-Khan* pater cum quibuſdam provinciis dedit omnes ſuos theſauros. is obiit anno cIↄ cc-XXXII. Ita ut è quatuor filiis Chinguis Khan ſolus ſupereſſet *Oktay-Kahon* ſucceſſor illius, licet ex aliis etiam liberi nati eſſent, quorum quidam poſtea regno potiti fuerunt.

Oktay-Kahon humanus princeps & liberaliſſimus obiit anno cIↄ cc XLII. huic ſucceſſit filius *Gayuk-Khan*, poſtquam quatuor annos fuiſſet ſub tutela matris, anno cIↄ cc XLVI. tenuitque imperium annum unum. Hoc ſine liberis defuncto, adiit Tatariæ imperium cognatus illius *Manchu-Kahon* filius *Tuly-Khan*. hic conceſſit germano ſuo *Kablay-Kahon* provincias Ketao-Kotan, qui civitatem Kanbaleck condidiſſe dicitur, regiam Tatarorum; & alteri germano *Vlakuh Khan* provincias Perſiæ: obiitque anno cIↄ cc LX. Succeſſit illi frater Vlakuh Khan, qui pluribus rebus fortiter in Perſia geſtis obiit anno cIↄ cc LXVI. Hic inter tres filios ſuos regna ita divisit

viſit, ut primogenito *Habkay-Kahon* daret Hyerack, Mazandaron & Karaſon; ſecundo *Hyaxemet* Aro, id eſt, Armeniam, Aderbaion & Taudon: Tertio Dyarbet & Rabyan, id eſt, Meſopotamiam. Habuit & alios duos filios, *Nicudaroglan* & *Targahe Khan*, quibus licet pater nullas terras attribuiſſet, tamen illorum unus & alterius filii illas poſtea obtinuerunt.

Habkay-Khan patri ſucceſſit in regno Perſiæ, obiitque anno cIↃ CC LXXXII. huic, licet filios haberet, ſucceſſit germanus *Nicudar Oglan*, qui poſt Mahumetaniſmum receptum, dictus fuit *Hameth-Khan*. deceſſit is anno cIↃ CC XXXIII. eique ſucceſſit *Argon-Khan* filius Habkay-Khan. qui obiens poſtquam regnaſſet annos VII, ſucceſſorem habuit fratrem *Ganiatu-Khan*. quo à patruo cæſo, ſucceſſit *Baydu-Khan* filius Targahe-Khan. & mox ipſo quoque cæſo anno cIↃ CCXCVI *Gazun* filius Argon-Khan. hic obiit anno cIↃ CCC V; eique ſucceſſit frater *Alyaptu* ſive Sultan Mahameth ben Argon; hic obiit cIↃ CCC XVII, & ſucceſſit filius Sultan *Abuſayd Baheder-Khan*, qui obiit anno cIↃ CCC XXXVII.

Abuſayde defuncto Tatarorum imperium fuit diviſum inter plures tyrannos, donec *Teymurlan* illud rurſus in unum

coge-

cogeret. Hunc è ſanguine Chinguis-Kan deſcendiſſe arguunt, quia Carachar, è cujus proſapia deſcendiſſe traditur, una cum Chinguis-Kan è Tataria venerit, & ab ipſo Wazir filio ſuo Chagatay-Khon fuerit datus; quæ poteſtas etiam ad poſteros derivata fuit, ita ut Teymurlan Wazir eſſet Soyorgat Mex-khon regis Chagatay; quo defuncto anno cIↄ ccc LXX ipſe in Regnum omnium conſenſu ſucceſſit.

Teymurlani quatuor fuerunt filii: 1. *Ioon-guyr*: (qui obiens ante patrem reliquit filios *Mahamet Sultan* & *Pir-Mahamet*, quem Teymur ſibi poſt obitum ſuum voluit ſuccedere in regnum Gaznehen & Indiæ; hunc poſtea Pir-Aly occidit:) 2. *Hameth-Xeque* vivo patre defunctus: 3. *Mirunxa*, qui anno cIↄ cccc-VIII à Kara Iſſuf Turcimanno fuit cæſus: 4. *Murzah-Xarok*, qui patri ſucceſſit in imperium.

Mirunxa autem tertio Teymuris filio, natus fuit *Mahameth*; & illo filius Mirza Sultan *Abuſayd*, qui poſſedit regna Badaxon, Gaznehen, Kabul, Siſtan, Koarrazon: is à Perſis cæſus interiit anno cIↄ cccc LXIX, eique ſucceſſit filius Mirza Sultan *Hameth*, qui vixit ad annum cIↄ cccc XCV: huic ſurrogatus fuit proximus illius agnatus Mirza *Babur* in regno

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

gno Maurenatian; ſed anno cIↄ Iↄ regno exutus à *Xaybeck-Khan* Vſbequio profugit in Indiam, & ibidem rerum potitus regnavit utrobique ad annum cIↄ Iↄ XXXII. quo anno objens duos reliquit filios, *Homayon-mirſa*, & *Kamaron-mirſa*.

Homayon majora & opulentiora Indiæ regna occupavit; huic erat Waſir id eſt ſummus exercitus dux *Xir-Khan*, qui Domino ſuo cornua obvertens, eum ad Regem Perſiæ profugere coëgit; iſte erat Xa-Thamas, qui Homayoni XII mill. electorum militum attribuit ſub duce Beyran Khan, quorum virtute & rebellem cecidit & regnum recuperavit. Huic ſucceſſit filius *Gelaladin-Akbar*; qui ſupererat, quum Texeira iſta ſcriberet anno cIↄ Iↄ C.

Ex narratione Indorum.

NArrant Indi, & picturæ in palatio Lahorenſi idem deſignant, Baburem cum triginta nobilibus ſuis habitu Kalenderum, (Monachorum genus id eſt apud Turcas) ut latere poſſet, veniſſe ad regiam *Secandris* regis Delly; à Rege tandem fuiſſe agnitum, & licet fraudis manifeſtum, tamen abire permiſſum ad ſuos, ea conditione, ut nihil Secandre ſuperſtite in regnum ipſius deinceps moliretur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

liretur. Babur itaque Secandre ſuperſtite nihil porro tentavit, ſed ipſo defuncto, miſit filium ſuum Homayon ſive ut alii efferunt Hamaunen, qui Abram Secandris ſucceſſorem toto regno exuit. Verum haud multo poſt adveniſſe è Bengala virum fortem è proſapia regali Dellyorum, qui acie congreſſus cum Hamaune haud procul à ripa Gangis, illum profligavit & in Perſiam profugere compulit. Vnde novis copiis & auxiliaribus, quos Beyram ducebat, impetratis, reverſus regnum non modo recuperavit, ſed & magna acceſſione auxit. Is Rex decedens quum filium Achabarem adhuc juniorem relinqueret, Beyram fidei illum commendavit. Sed Achabar jam major factus, nutritium ſuum fraude ſuſtuliſſe dicitur. Hujus filius eſt *Caun-Canna*, omnium magnatum qui ſuperioribus annis in imperio Indico erant, longe potentiſſimus, ita ut centum millia equitum cogere potuiſſe feratur. Sed de his plenius in Fragmento hiſtoriæ Indicæ.

Iidem narrant (uti à noſtratibus accepi) in regno Hindoſtan poſt Baburem, rerum potitum fuiſſe *Seer Sha* ſive *Salim Sha* origine Patanenſem; hunc excepiſſe *Himmoen* Baneanem; atque huic denique ſucceſſiſſe Hamaunem patrem

Acha-

Achabaris. Achabarem Indiæ regno præfuiſſe annis LX & aliquot menſibus, & defunctum anno à Chriſto nato cIↄ Iↄv. Regni autem Guſuratenſis potentem factum anno regni ſui vigeſimo ſeptimo; nimirum poſt obitum *Sultani Mumed* junioris, qui erat filius *Latiff Sha*, nepos *Badur*, abnepos *Sultani Mamed Begera*, cujus alter filius *Rabia D'gie* oppidum Broderam condidiſſe dicitur. Rem denique geſtam hoc modo; *Sultan Mamed* Iunior decedens reliquit filium *Modafarem* tantum undecim aut duodecim annos natum, ſub tutela *Ethamet Chan*: qui quum magnates regni minus dicto obedientes haberet, & pupilli, ſuæque vitæ metueret, clam ad Regem Indiæ, qui tum Agræ agebat, dat literas, quo in periculo verſaretur ipſe & Iuvenis Rex, prolixe exponens, illumque obſecrans ut ſubſidio adveniret, ſe Amadabat regni metropolin una cum aliis oppidis quæ in illius erant poteſtate ipſi ultro fidei pignus traditurum. Achabar hanc tam inſperatam occaſionem nactus, quantocius cum maximis copiis venit in Guſuraten, & metropoli reliquiſque oppidis in fidem acceptis, ſuos præſidiarios illis impoſuit, & Modafarem cum tutore ſuo Agram abduxit in captivitatem.

Modafar jam trigeſimum annum agens, captivitatis pertæſus, è cuſtodia profugiens, ad Rahiam vicinum regno ſuo paterno venit, & illius ope quamplura oppida poſtliminio recuperavit: ſed antequam ſe in regno poſſet confirmare, adfuit Can Canna cum copiis Regis Achabaris, qui haud magno molimine & brevi tempore ipſum rurſus regno, quod vix annum tenuerat, exuit & è fuga retractum cuſtodia ſepſit; Modafar denique ignominiæ impatiens, receſſum ad opus naturæ ſimulans, ſibi ipſi fauces cultello præcidit, atque deinceps regnum quietum Mogoli reliquit.

Alii Mogulum genealogiam ex Regum ſigillo ita tradunt. 1. *Aben-Emyr-Temir-Saleb-Queran*, id eſt, Tamberlan magnus princeps quatuor partium orbis. 2. *Aben miram sha*. 3. *Aben mirza Sultan mohummed*. 4. *Aben Sultan Abuſaid*. 5. *Aben mirza Emir sha*. 6. *Aben-Babor potshang*. 7. *Aben Homayon potshavv*. 8. *Aben Ecbar*, itidem dictus *Abdul felta Gelaladyn mahumed Achbar*. 9. *Shauvv Selim* aut *Aben Almozapher Nordinlangheer potshauw Gazi*. 10. *Sultan Curroon* aut *Shavv jehan*, qui nunc appellatur *Sultan potshavv Bedin Mohumet*.

PRÆ-

PRÆFATIO
ad ſequens fragmentum
HISTORIÆ INDICÆ.

HVmaniſſime Lector, antequam ad lectionem ſequentis fragmenti accedas, quædam monendus es. Et primò, nos fragmentum è Belgico, quod è genuino illius Regni Chronico expreſſum credimus, libere vertiſſe, ſervata ubique Hiſtoriæ fide. Secundò de dignitatum prænominibus & agnominibus. Scachi appellatio, quæ ſæpius per Xa effertur, vel Regum vel ſaltem Magnorum Principum eſſe, præſertim apud Perſas: ex illo fit Padiſcach, quod ſupremum Principem vel Scachum notat. Emires apud Turcos appellati fuerunt Præſides & propagatores Imperii Mahumetis, quaſi ſuperio-

res. Chanis vel Hanis (aſpiratione forti) appellatio perquam uſitata Perſis & Tataris eſt, apud quos reges & principes etiam minorum gentium Chanes dicuntur. id nomen interdum per Chan, interdum per Chanus & Ghanus hic exprimitur. Tertio de æra Mahumetana & noſtra, interpretem annum æræ Mahumetanæ 962 comparaſſe noſtræ anno cIↃIↃLII. *quod non convenit cum calculo Leunclavii, cui annus æræ Mahumetanæ 958 reſpondet noſtræ anno 1552. quod an certo conſilio an errore ab interprete Belgico factum ſit, ignoro; hic ſaltem monendum duximus.*

X. FRA-

X.

FRAGMENTUM

HISTORIÆ INDICÆ,

quod à noſtratibus acceptum è Belgico Latinum fecimus.

ANNO à Chriſto nato ... Hamayon Mogolum Rex ex Agra cum exercitu in Bengalam profectus, illam Patanenſium copiis profligatis brevi tempore ſubjugavit, & mutato nomine appellavit *Senethabad*: verum haud diu ea victoria fuit gaviſus; *Ferried Khan* enim (qui & *t'Zeer-chan* ſe dici malebat) Patanenſium regum unus, è *Nau* cum maximis copiis aſcendens (nam in exercitu illius ſexaginta quinq; millia Patanenſium habuiſſe ſcribunt) provincia Bahar & arce Radia-Rattas recuperata, ipſum ſumma celeritate è Bengala in Pathanam recedere coëgit: jamq; Tziocham venerat Hamayon, quum Tzeerchan ipſum aſſequutus, ita cecidit ut Agram perfugere cogeretur. Hic copiis ſuis è fuga recollectis, omnibuſq; Ommerauwis & magnatibus è variis provinciis advocatis, quum novum exercitum coëgiſſet Hamayon, verſus Gangem contendit; quod quum Tzeerchano eſſet nuntiatum, viginti millia

equitum quindecim coſarum itinere præmittit, ut Hamayonis copias fluvii tranſitu prohiberent. In Mogolis caſtris ſive hoſtium contemtu, ſive innata deſidia, omnia incuſtodita erant, nox per choreas & commeſſationes exacta; Tzeer-chan contra, per exploratores hoſtium ſecuritate cognita, Ghawas chanum cum decem millibus expeditiſſimorum militum præmittit; qui decem coſas magna celeritate emenſus, ſummo mane in exercitum Hamayonis irrupit, eumque ſomno vinoque ſepultum inveniens, valide cecidit; jamque caſtra horribili planctu & tumultu impleta erant, quum Hamayon è ſomno excitus, & ſuos, qui palantes conſcenſis equis jam paſſim diffugiebant, adunata acie objicere nequiens, de fuga cogitare & ipſe cœpit; quumque ſolus pene ad ripam fluminis perveniſſet, ab aquatore quodam nando ad adverſam ripam fuit traductus; ubi commodum offendit equum cujuſdam militis, qui fluvio hauſtus fuerat, quo Agram perfugit. Hoſte omnibus illius elephantis, equis & ingenti gaza potito, concubinæ quoque & tam ipſius quam Ducum filiæ & gynæceum omne in Tzeer-chani venerunt poteſtatem. Ille tam inſperatam victoriam nactus, eandem ſumma cum moderatione uſus eſt, nihil aut ipſe im-
pudice

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

pudice in hoſtium conjuges liberoſque admittens, aut ſuis permittens: Quantocius movit verſus Agram, multa oppida in itinere ſui juris faciens. Hamayon interea omnibus copiis exutus, aſſumta Zimlebegem una conjugum quæ prægnans erat, petit Aſmeeren, atque inde provinciam Siermel, ubi uxor in arce Ammer illi filium peperit, qui poſtea Achabar fuit appellatus; denique metu nondum depoſito profugit Lahorem. Præerat huic urbi germanus illius Mirza Kamerhaen, qui metu & puſillanimitate fratris animadverſa, Regem rogavit, ut ipſum ſaltem cum copiis Pathanenſibus, (qui jam *Tzerhindam* veniſſe nunciabantur) confligere permitteret, ſiquidem ille eorundem conſpectum tantopere metueret. Pupugit Regem ſupra modum fratris oratio, & relicta Lahore petiit Caſſimeren: præfuerat huic quidam ex regiis Ommerawis, ſed illo nuper defuncto (quod regem latebat) res novas moliebantur oppidani, & non tantum muniebant Metropolim, ſed & anguſtias montium (vulgo Cothel) ita obſtruxerant, ut difficillimus in regnum illud pateret ingreſſus. Rex itaque hic excluſus alio iter vertit, Kabulem aut Multhan petiturus, verum frater Kamraon & ipſe Lahore profugere coactus (nam Zeerghanus non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

modo Lahorem, ſed & Multan jam ceperat) & Regi jam infenſior, magnis itineribus venerat *Triulebegen*, atque ita iter ad Kabulem illi præciderat; quin etiam & alterum Germanum Mirzam Aſſaryn, qui Kandahari tum præerat, per litteras rogaverat, ut arcem ſuam muniret, neque Regem in illam admitteret. Par præfecti Tattæ Chan-Hoſſen perfidia fuit, qui à Rege rogatus ut ipſi iter per ſuam provinciam permitteret, reſpondit, ſi quidem Rex Perſiam cogitaret, opportunius illi iter per Kandaharem fore. Rex ſe ab omnibus ſuis derelictum cernens, iter verſus Kandaharen ingreditur. verum nec hic à fratre Aſſary admiſſus, Zimlebege uxore cum filiolo jam annum nato, impedimentis, ſervitiis & gynæceo omni in oppido Tziauwhaen relictis, ſeceſſit in Perſiam, & venit Sebiſtganum, ſolo Beyran-ghano comitatus, qui aliquot ſelectos milites jam ante illi adduxerat. Aſſary fratris fuga cognita, uxorem quidem illius & filiolum in arce Kandaharenſi concluſit, impedimenta autem & gazam ſibi vendicavit. Sed Perſæ Sha-Thomæ longe alius fuit animus, qui quum cladem Hamayonis & fugam jam ante accepiſſet, præfecto ſuo in urbe Herath per literas imperaverat, ut ſi forte contingeret profugum Regem illac iter

habere,

habere, omnibus humanitatis officiis illum refocillaret. itaque ille, quum Rex XII milliaria ab Herath abeſſet, ipſi cum omnibus Mancebdaribus & magiſtratibus obviam proceſſit, & in oppidum introductum magnifice excepit, & multis equis & pretioſa ſupellectile donavit; denique cæteros quoq; Perſię præfectos monuit, ut quacunque accederet, ſummo honore illum proſequerentur & porro deducerent. Quuumque haud longe abeſſet à Chaſbin, ubi tum Perſarum Rex agebat, miſit in ipſius occurſum Sha Tamas germanum ſuum Mirzam Beyram, cum omnibus Ommerauwis & reliquo aulico comitatu, qui Hamayonem ad regem introduxit. Perſa exulem complexus & conſolatus, fratri Beyramo mandavit ut dapiferi munere ad menſam illius fungeretur. Id quum ille ſumma ſedulitate præſtaret, excidit Hamayoni ſententia, quæ ipſi pene exitio fuit. nam Beyrami obſequio animadverſo, recte facere dixit Perſam, qui fratrem ita haberet ut de obſequio illius certus eſſe poſſet; ſe, qui germanos ſuos multis honoribus & divitiis cumulaſſet, in adverſis ſuis nullos infeſtiores hoſtes, quam ipſos fuiſſe expertum. Acerrime pupugit Beyramum Regis dictum, & ira atque odio flagrans, fratrem ſuum monuit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

Sha-Iſmaele rerum in Perſia potiente, Baburem Hamayonis parentem tantum fuiſſe hortulanum, & eo uſque permovit, ut Mogolem è medio tollere in animum induceret: & haud dubio ſuſtuliſſet, niſi ſoror Sha-Tamæ, Begen Sultana, exulis Regis miſerta, ſua prudentia & eloquentia, qua pollebat, aliter Perſæ perſuaſiſſet, in memoriam revocans, Hamayonem è Teymuris proſapia ortum, atque ex illis Regibus deſcendere, à quibus majores ipſius ſumma beneficia acceperint, atque adeo imperium ſuum acceptum ferre debeant, ut hunc ſine ingratitudinis nota deſerere minime poſſit.

Sha-Tamas ſororis ſuæ oratione permotus, Hamayoni neceſſaria omnia ad iter præberi imperat, camelos, equos, tentoria & reliquum belli apparatum: Dein & Khan-Trammam, Badorganum, Khan-Couligan Narenzyn (parentem Haſſen Coulighani,) Iſmaelem Coulighan Wattebel, alioſque Ommerauwos & Mancebdares ipſum in Indiam comitari jubet. Hamayon à Chaſbin rectâ Kandaharen urbem undique copiis ſuis cinxit, quumque germano ſuo Aſſary deditionem nequicquam imperaſſet, machinas adverſus arcis muros dirigi juſſit, verum quum ille Regis filium jam bimum objeciſſet, ceſſatum fuit ab impetu, tandemque

demque convenit ut Rex fratri, jurejurando ſuper legis Mahumetanæ volumen præſtito, vitæ incolumitatem & liberam diſcedendi poteſtatem concederet: Aſſary quidem ad fratrem Kamraon qui Kabuli agebat diſceſſit, verum Rex propere ſecutus, Kabulem & fratrem Kamraonem nullo negotio intercepit, & miſellum oculis orbatum Mecham in exilium miſit, ubi paulo poſt periit.

Anno Mahumetano Iↄ CCCC LX ſive noſtro cIↄ Iↄ L obiit Tzeer-chanus ſive Tyechmecha Patanenſium Rex in arce Gualere, relicto filio Phero-chano duodecim tantum annos nato: Hunc quum regni magnates parenti vellent ſurrogare, patruus Adelghanus regnandi cupiditate cæcus ſuſtulit, & regnum ſibi uſurpavit: hoc facinus peſſime habuit magnates, qui propterea in omnibus pene provinciis rebellarunt: Adel-ghanus autem prævertendum ratus, cum maximis copiis è Gualere profectus, Tzhilnar, magnum & opulentum oppidum, nullo negotio intercepit. Tzeerchani obitus & hæ in Regno Patanenſi turbæ Hamayonem, qui adhuc Kabuli agebat, haud dudum latuerunt. itaque jam tempus adveniſſe ratus quo facile amiſſa recuperaret, quantocius cum exercitu in Indiam properat, & nemine reſiſtere auſo omnia

in

in itinere oppida & provincias in fidem accipit; donec ad Tzethindam ventum fuit, cui Recander-ghanus Affega, vetus & probatæ fidei Regis defuncti miniſter, cum imperio præerat. hic ſe propere cum decem millibus equitum objecit: ſed prælium tentare auſus & poſt anceps certamen ſuperatus, cum mille tantum equitibus in Changeræ montana fuga ſe ſubduxit. Hamayon autem victor, filium ſuum Abdul Fetta Geladin Mahamet (qui poſtea Achabar fuit dictus) Beyrangano Ghannæ educandum commiſit, eidemque totius exercitus regimen concredens, quantocius cum decem millibus equitum Recandrum perſequi jubet; ipſe petiit Dellyn. Allan autem Couly & Semaranghanum, Badurghanumque ad provinciam Do-Ab (quæ jacet inter Gangem & Ieminum vel Semenam flumina) recuperandam dimiſit: Adfuit utriſque proſpera fortuna, nam & Recander occidione deletus fuit,& provincia illa recuperata. Vix tres menſes in oppido Delly egerat Rex, ubi & magnificum palatium moliri cæperat, quum ex hac vita fuit evocatus. Nam poſt meridiem Regiæ gradus deſcendens, & vocem audiens cujuſdam qui ad preces ineundas vocabat, conſedit ſcipioni ſuo innixus.

nixus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

nixus. verum quum opium paulo ante largius uſurpaſſet, ſomno obrepente, & ſcipione præ graduum levitate gliſcente, ruit in præceps, & circiter quadraginta gradus devolutus, ita ſe afflixit ut poſt triduum moreretur. accidit id anno Mahumetano Iↄ cccc LXII, noſtro cIↄ-IↄLII.

Abdul-ghanus Tzilnari, ubi hactenus delituerat, inopinata morte Hamayonis audita, ſummum militiæ ſuę præfectum *Couliganum Hemou*, gentilem quidem & modicis natalibus ortum, ſed bello ſtrenuum, cum centum millibus equitum mittit ad oppidum Delly, ut Mogolibus bellum inferret, cum magna gaza in ſtipendia militum, & quingentis elephantis. Princeps autem Mogolum *Abdul Fetta Gelal-Eddin Mahumet Achabar*, qui cum Beyranghano & Chanchanna, cumque maxima parte exercitus, in montanis Khoeſtan patris ſui hoſtes perſequebatur, parentis morte accepta, iter flexit verſus *Kalanor*, ibidemque à Beyrangano Rex proclamatus, Dellyn quantocius proficiſcitur. *Hemou* interim Tourdichanum, è Delly cum exercitu obviam prodire auſum, profligaverat. ille fugiens incidit in Principis exercitum, & amice in ſpeciem acceptus, poſt convivium à ſervo juſſu Beyranghani pugio-

pugione confoditur. Vocati dein à Principe & moderatore illius Beyrangano Alla-Koulichan & Badurghan cum copiis ſuis ex Do-Ab ſive interamnica regione, juſſique cum exercitu præcedere Panipatum, ad Hemoum ſiſtendum, (qui interim Delly oppidum ceperat,) Principe cum reliquis copiis ſubſequente.

Alla-Koulighan & Badurghanus Tilleputli (medio circiter itinere inter Paniputum & Dellyn) Hemoum obvium habuerunt, & ſine mora prælium inire tentarunt; verum Hemoi milites ob non ſoluta ſtipendia tumultuantes, deſerto duce in diverſa abierunt, ita ut Mogoles impedimentis omnibus & elephantis potirentur, & Hemous inter præliandum ſagitta in oculo ictus fugere cogeretur; ſed à Couli-gan Marem deprehenſus & retractus, Achabari (qui clade Patanenſium cognita propere advenerat) ſiſtitur, qui rogatus à Coulinghano, indigno principe facinore, dediticio cervices acinace præcidit, & caput portæ Delly affigi juſſit.

Poſt illa Alla-Coulighan, Zemaen, & Badurganus cum valido exercitu in provinciam Do-Ab ſunt remiſſi, ut Patanenſium reliquias perſequerentur, qui Ziaumporen ſecus ripam flumi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

fluminis Thatſan profecti, regionem omnem rurſus ſubjugarunt.

Princeps cum Beyramghano petiit Agram; ubi ipſi nunciatum fuit, Allan Couliganum & Badurganum juxta *Sambel* cum Patanenſibus qui ſe recollegerant congreſſos, ſuperiores fuiſſe, & hoſtes maxima clade profligaſſe. qui quum fugiſſent *Lachnoum*, ibi denuo martis aleam tentantes, altera clade percuſſi ſunt; itemque tertia longe maxima juxta *Ziaunporen*; ita ut duo hi duces, omnem Indoſtanam inter Gangem & Tziatſom flumina ſumma celeritate recuperarent.

Achabar interim Agræ venationibus & ludicris tempus terens, quum aut per ſe animadverteret, aut ab adulatoribus perſuaderetur, Beyranganum, quem parens ante obitum ipſi tutorem & moderatorem dederat, regimen univerſum ad ſe trahere, & ab univerſa militia unice coli, ægerrime id tulit; & nutrice ipſius Maghem anega ſtimulos addente, dolum hunc comminiſcitur, quo ſe è poteſtate moderatoris ſubduceret; Beyranghano quippe haud invito, trans Simmenam amnem, cum plurimis comitibus ad venandum egreſſus, proceſſit ad Ko-heb, unde, nutrix ipſum lentis itineribus aſſecuta, quantocius duxit ad urbem Delly

(in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

(in qua jam diu Reges Indiæ auſpicia regni capere conſueverant.) hic magnatibus omnibus è vicinia advocatis Princeps imperii ſui auſpicia cepit, & Rex ab omnibus eſt acclamatus. Beyranghanus hiſce auditis, Ommeravvos & Mancebdares qui circa Agram agebant, ſine mora ad Regem mittit, eique ſcribit in hanc ſententiam; ſe nunquam quicquam geſſiſſe, niſi quod regno ipſius utile judicaret, nulla proprii ſui emolumenti cura; juventæ ipſius, pro ea quam à parente ipſius acceperat poteſtate, metuiſſe ne in præceps abriperetur & ſe indigna conſilia caperet: nunc quum videat, ipſum ea prudentia eſſe ut rebus ſuis per ſe conſulere poſſit, fauſta omnia domi foriſque precari; ſe jam ſenio & laboribus in regni adminiſtratione pene confectum, unicum hoc petere, ut ſibi cum bona ipſius venia Mecham petere & ibidem reliquum vitæ tempus exigere liceat. Quod quum facile impetraſſet, bonus ſenex cum familiaribus ſuis & gynæceo diſceſſit Agra, per Meuwat Guzaratam petens. verum quum oppidum Pathang attigiſſet, ibidem à Pathanenſi ſervo ſuo (ad vindictam patris ſui, uti ferebat, à Beyranghano quondam occiſi) lethale vulnus accepit, ex quo paulo poſt exſpiravit; familiares autem

cum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

cum ipſius filio Mirza Abdul Rachiem, tum duodecim tantum annos nato, Agram ad Regem redierunt; qui filium illius pro dignitate ſedulo educari curavit.

Arx Agrenſis quondam à Pathanenſibus Regibus latericio muro fuerat cincta, ſed qui jam præ vetuſtate dehiſcebat & ruinam minabatur. itaque Rex *Achabar* ut monumentum aliquod illuſtre nominis ſui relinqueret, eundem è vivo ſaxo educi imperavit, præpoſito operis Caſſenghano Mierbar, qui architectonices peritiſſimus habebatur. hic ſaxis è Tziekerrye petitis (hæc urbs hodie Fettipore vocatur) opus tam gnaviter, accerſitis undique architectis, urſit, ut brevi illud perficeret.

Accidit interim ut quidam Raſbootes, Zimet patha dictus, fortitudine ſua atque induſtria confiſus, domino ſuo Rahiæ Ranæ cornua obverteret, ipſique caſtellum Cittor præriperet, cum pluribus aliis vicinis oppidis, neque à provinciis Achabari ſubditis abſtineret. (Eſt autem Cittor caſtellum tam à natura quam induſtria munitiſſimum, quippe in edito monte ſitum, quod Dellenſes reges nunquam expugnare potuerunt, & Soltanus Alaudinus, longa duodecim annorum obſidione cinctum, inglorius

 deſe-

deſerere coactus fuit.) Quod quum Achabari eſſet nunciatum, rei difficultate nequaquam territus, cum pluribus machinis, & reliquo belli apparatu, validoque exercitu eo contendit. Hæſerat jam menſes aliquot in obſidione, graviaq; damna ab obſeſſis erat perpeſſus, nullo operæ precio facto. itaque extrema quæq; moliri certus, Turcis militibus, qui in exercitu illius merebant, mandat ut cuniculos agant ſub principale caſtelli propugnaculum; quibus peractis, ingens pulveris nitrati vis ſubdita, & igne injecto propugnaculum à fundamentis fuit ſubrutum, & aditus oppugnatoribus in caſtellum apertus. Tzimel Patha autem exitium ſibi ſuiſque imminere cernens, crudele primo facinus comminiſcitur, ſuas ſuorumque conjuges & liberos in unum locum concluſos flammis delendo. dein tanta pertinacia cum hoſtibus irrumpentibus eſt congreſſus, donec cum omnibus ſuis cæderetur. Ingens ea victoria fuit. in cujus memoriam rex duos elephantos, & Tzimel Pathan uni, aliumque ex ipſius ducibus alteri inſidentes, ſculpi curavit, & portæ arcis Agrenſis utrimque addi.

Sub hæc Regi à Saffetghano & Rahia Bagwander, è *Lahore* per litteras ſignificatum, fratrem ipſius Mirzam Mahamet

Ha-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

Hachiem è *Kabule* deſcendiſſe, & regione illa ſubjagata, jam ad *Lahorem* cum copiis conſidere; itaque opus eſſe ut ipſe cum valido exercitu quantocius accedat. Rex autem nihil cunctatus cum maximis copiis Lahorem petiit; jamq; Tzerhinden venerat, quum frater illius tam inopinato Regis adventu territus, fugam iniit, & tentoriis plurimiſque impedimentis in caſtris ſuis regiorum prædæ relinquens, Kabulem repetiit. Rex provincia Pang-ab peragrata atque perdomita Lahorem eſt reverſus: atque hic litteras accepit à matre ſua ex Agra, quibus ſignificabat, Allam Coulighanum, Zammam & Badorghanum, quos ipſe *Lachnoni* reliquerat, rebellaſſe, & provincias ipſius quaquaverſum ſpoliare, oppida pagoſque evertere, atque adeo ipſi jam Agræ imminere. Quibus lectis Rex ſine mora caſtra movit, & magnis itineribus profectus rediit Agram, & copias ſuas trans *Semmenam* fluvium duxit. Perduelles tam celeri Regis cum tantis copiis adventu exanimati, primo *Lachnoun*, dein *Karamemecporen* fuga petierunt. Verum rgii inter *Fettiporen* & *Karamemecporen* eos aſſecuti, tanta alacritate ipſos fuerunt adorti, ut Allacoulighanus quidem in prælio cæderetur, Badorghan vero caperetur, & in conſpectu Regis, ipſo jubente

bente

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

bente jugularetur. Quibus geſtis Gan-ganna & Mounimghanus *Ziauporen* dimiſſi, ut provinciæ illi præeſſent, & hoſtes Patanenſes obſervarent, ſi quidem haud longe diſtat à *Tſaoutſa*, ubi Mia Soliman Lodi cum Patanenſibus copiis hærens, opportunitatem belli inferendi præſtolari credebatur: Rex ipſe Agram cum reliquis copiis rediit. Subiit hic ipſum deſiderium hæredis maſculi, quo adhuc deſtituebatur. itaque iter ſibi pedibus *Aſſemeren* indixit, ſeu peregrinationem religionis ergo ad monumentum prophetæ Hoge Mondeæ: à qua peregrinatione *Tzickerin* reverſus, derviſium quendam Scheeck Selim (*Scheiches*, ut explicat Leunclavius, apud Mahumetanos pro viris ſanctis habentur, veluti qui animarum gerant curam) qui in propinquo agebat inviſit, & cujus rei gratia peregrinationem illam ſuſcepiſſet, expoſuit. ille autem Regi prædixit fore ut tres filii ipſi naſcerentur, atque adeo jam unam è regiis concubinis prægnantem eſſe. Illa filium peperit quem Cheeck Selim à ſuo nomine Sultanum Selimum appellavit: Poſt illa & ſecundus filius Regi natus Chan-Morad; itemque tertius Chan-Daniel. Rex jam voti compos factus, juxta Tzickeryn magnificum ſibi palatium ſtrui, ipſumque oppidum lapideo muro
cingi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

cingi præcepit, & poſt hæc urbem *Fettiporem* appellari; quia ibidem deus ipſum voti compotem fecerat.

Inter hæc proſpera, à Chano Azem è Guzerate Regi perſcribitur, Mirzam Ebreham Hoſſen, Mirzam Chan, Mirzam Mahamet Hoſſen, qui ante in Indoſtana hoſtilia moliti fuerant, jam in Guzaratam cum perduellibus ſuis adveniſſe, & ditiones regis longe lateque vaſtare, atque adeo Hoſſenum jam copiis undiquaque occurrentium latronum auctum, Hamadabat circumſediſſe, ita ut ipſe ægre munitionibus ſe tueretur. Rex hoc nuntio ad Tzickeryn accepto, quanto ocius dromadarios, qui viginti quatuor horarum ſpacio LX aut interdum LXX coſas emetiri poſſunt, parari jubet, eoſque ipſe cum fidiſſimis quibuſq; ducibus ſuis & familiaribus conſcendit, atq; ita quadringentarum coſar. iter ſeptiduo emenſus, haud procul ab Hamadabat tentoria fixit. Hic inopinatus Regis adventus, qui famam ipſam anteverterat, perduelles, quia copiarum illius numerum ignorabant, ita conſternavit, ut ſtatim ab obſidione urbis recederent, fugam capeſſentes; Chan Azen vero & alii regii duces qui hactenus hoſtium metu diverſis in locis delituerant, Regi obviam venerunt cum ſuis quique copiis. Quibus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

ille jam confirmatior Chan Gogam ſummi militiæ præfecti dignitate auctũ cum XII mill. equitum & expeditiſſimis elephantis perduelles ſtatim aggredi jubet; ipſe diverſa parte cum reliquis copiis ſubſtitit. acriter utrimque certatum, donec Changoga cadente, acies regia inclinare cæpit. quod Rex indignatus ſe ipſum medio certamini intulit. Non tulerunt impetum illius perduelles, ſed turpi fuga hac illac ſunt dilapſi. Ceciderant jam ante in prælio Mirza Abrahem & Mirza Cham; Mahamet autem Hoſſem vivus venit in Regis poteſtatem, & perfidiam capite luit. Poſt hæc & arx Surattæ nullo pene negotio capta, totaque Guzaratenſis provincia perdomita fuit, & Achabar poſtquam huic præfectos è fidiſſimis ſuorum ducum impoſuiſſet, in Indoſtanam eſt reverſus. Eodem anno arx Agrenſis perfecta fuit, & Ragu Thorenne, qui Regis Theſaurarius ſive Waſirus erat, rationes expenſarum reddidit: è quibus conſtitit, in arcis quidem hujus muros expenſas fuiſſe quinquagies mille carotas tackarum, id eſt, ſi viginti tackas computes in ſingulas rupias, duos milliones & quingenta millia rupiarum; in muros autem oppidi Fettipores unum millionem & quingenta millia rupiarum; in univerſum millones quatuor.

Ali-

Aliquanto poſthac tempore Ghan Ghanna & Monim chan, qui vice Regis Zyaumpore imperabant, Regi ſignificarunt, ſe crebrius cum Patanenſibus manus conſeruiſſe; Solimanum Kaharanien jam ante defunctum; huic ſucceſſiſſe filium, ſed poſt biennale imperium à ſuis interemtum, ſuffectumque *Douvvet* filium Baratghani, ignavum hominem & ebrietati ſupra modum addictum, nulla militiæ aut regiminis cura: itaque jam tempus eſſe ut Rex ſe ad Patanenſes perdomandos accingat, & totam Bengalam imperio ſuo adjungat. Quibus acceptis *Achabar* copias & omnem belli apparatum expediri juſſit, & cum elephantis ſuis movit verſus Pathanam trajecto flumine Gange atque Tziotſa: *Xa Douvvet* adventu Regis per exploratores cognito, XII millia equitum præmiſit, qui Mogoles ſiſterent: qui inter *Ziotſam* & *Moheb Alypour*, cum Mogolibus congreſſi, nulloque negotio profligati, trepida fuga Pathanam ſe receperunt: quam Xa-Douwet munivit & neceſſario commeatu inſtruxit, ut obſidionem ſuſtineret. tenuit ea Achabarem ſex menſes, non ſine ſuorum clade; ſeptimo demum menſe oppidum vi expugnatum eſt: plurimi Patanenſes ferro deleti, multi Duces eorumque conjuges & liberi capti at-

que ingens gaza direpta: Ipſe Xa-Douwertum vino ſepultus jacens, neq; quicquam perſentiſcens, à familiaribus cymbę impoſitus ſecundo flumine triduo deſcendit; ubi demum ignaviam illius exoſi qua in hanc calamitatem inciderant, caput ipſi amputarunt & ad Achabarē miſerunt; Qui tota provincia Bergala ſubacta, *Fettiporen* rediit. Dehinc munitiſſimum caſtellum *Rhan Tambor*, in edito monte ſitum, Roſtanchani & Zadock Mamet chani virtute atq; induſtria duorum menſium ſpacio Rahiæ eripuit: animumq; convertit ad arcem *Rotas* in provincia Bahaer, vel, ut alii, *Berar*. Ea nullam ſibi non modo in India, ſed nec in Turcia, Perſiave aut Tartaria parem habebat, ſive loci ſitum ſpectes, ſive munitionum amplitudinem & robur; ſita in vertice editi montis qui II coſ. itinere aſcenditur, undique planicie ad XVIII coſas cinctus: ambitus ipſius arcis XIV pagos complectitur, cum arvis ſuis frugum omnis generis fœcundiſſimis: mediam ſecat torrens è faſtigio montis deſcendens in tria ampliſſima ſtagna, quæ nunquam exareſcunt; ad radicem denique montis *Tzeon* reſtagnat in paludem III coſas latam, commerciis vicinorum aptam & frequentem. Nihilo ſecius Achabari Moheb Alieghano viro ſingu-

aris prudentiæ & fortitudinis mandat, ut arcem Radziæ gentili principi, qui illi ſecure dominabatur, præripere conaretur: Is ex aula profectus cum delectis militibus in viciniam arcis divertit: & poſtquam muneribus ultro citroque miſſis ſibi Radziæ amiciciam conciliaſſet, ejuſcemodi ſtrategema comminiſcitur. Simulans ſe expedito itinere à Rege in Bengalam amandatum, petit obnixe à Radzia ut ſibi gynæceum ſuum in arce illius concludere liceat: Radzia dolorum ignarus, facilius quam par erat conſenſit, ſuis imperans ne gynæceo quicquam moleſtiæ afferrent; nec mora, Mohebalieghanus ducentas doulyas quibus fœminæ geſtantur, ſingulas binis fortiſſimis adoleſcentibus implet, atque in arcem ſubſubmittit; qui intromiſſi & è douliis progreſſi excubitores principalis portæ inopinantes oppreſſerunt; Alighanus autem cum reliquis copiis veſtigiis illorum inſiſtens, Radziam cecidit, & arcis compos factus, ingenti gaza potitur; quam, nobili ſtrategemate æternum nomen apud poſteros promeritus, Regi ſubmiſit.

Diverſa parte, in *Tzarangpore*, Roup Matthii, inſigni forma fœmina, Baduris nomine aſſumto, rebellaverat, & Pathanenſes in arma conciverat; quam

 miſſus

miſſus cum exercitu Adam Ghan, præ-
lium tentare cum paucis ſuorum auſam
facile profligavit & vivam cepit; ſed illa
ut ludibria præverteret veneno hauſto
vitam finivit.

Frater deinceps Regis Mirza Mamet
Hachim qui Kabuli imperabat, è morbo diſceſſit; miſſuſque à Rege Rhaja
Manzingh gente Raſpootes, & quinque
millium equitum dux, qui regnum illud
in provinciam redigeret; hic relicta
Hachimi Conjuges liberoſque & principales miniſtros, haud invitos, ad Regem miſit; quos Rex perbenigne excepit
& fratris quidem filios (quorum major
x, minor VII annos attigerat) fidis miniſtris cuſtodiendos & educandos commiſit; fœminis penſiones annuas elargitus eſt; & præcipuis fratris ſui ducibus
Mamet Maxuem-ghano, Chabeeck-ghano, Hametbeeck ghano, & Iacht-beeck-ghano certum militum numerum
& neceſſaria ſtipendia attribuit: & Ganghannæ Morumghano, præfecto Pathanenſis provinciæ in Bengala defuncto,
ſubrogavit Maxuem-ghanum Kabulenſem, eumque cum plurimis Ommerauwis in provinciam ablegavit.

Maſoffer interim qui principatu Guſeratenſi exciderat, rebellare nunciatur,
& Gotobdian Mahamet-ghanum ſupremum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

num Regiæ militiæ in Amadabat præfe-ctum, non opinantem oppreſſiſſe atque jugulaſſe, cum aliis aliquot Ommerau-vis. miſſus itaque à Rege Abdul Ra-chimghan Ghannæ filius, & Beyram-ghanus, cum magnis copiis adverſus per-duellem, unaque Noran & Gouſer-ghani, filii jugulati Gotobdiæ, ut pa-rentis cædem ulciſcerentur. haud magnæ molis hoc bellum fuit. nam quum Ra-chiem ad Guzeratenſium fines magnis itineribus perveniſſet, Maſofferi exer-citum, qui XII tantum millibus equitum conſtabat, ſtatim profligavit, ipſumque vivum cepit; verum Maſoffer ut ſuppli-cii ignominiam effugeret, ſibi ipſi vio-lentas manus intulit: Abdul tamen Rachiem his rebus geſtis nomen Chan Channæ, & quinque millium equitum præfecturam meruit. In Bengala quo-que rebellatum à Mazenou-chano, Ga-biet-chano, Bama-chano & Mamet Ma-xum-chano Kabulenſibus; qui Rad-zian Thoramiol Waſir-ghanum cum Zuebhar-ghano validoque exercitu ad-verſus ipſos miſſum bis terve profliga-runt, ipſumque ducem vivum ceperunt; ſed tandem victi fuerant, cæſique in præ-lio, præter Maxem-ghanum, qui ad Hiz-zam-ghanum præfectum hoſtilis in Ben-gala exercitus profugit, eique vires & animum

animum addidit ad regias provincias a-
crius bello premendas.

Zuebhar-ghanus Kabulenſis, præfe-
cturam provinciæ Bengalenſis accepit:
& Radzia Thormiel Fettiporem rever-
titur.

Tum quoque Radzia Ramziend, qui
hactenus nulli obnoxius Bandou impera-
verat, à Radzia Biermul perſuaſus, im-
petrato libero commeatu, Fettiporem
ad Regem venit, & ab eodem honorifi-
ce habitus, ad ſua fuit remiſſus; cujus
exemplum reliqui quoque gentiles reguli
ſecuti, Regis amiciciam ambire cœpe-
runt, & ſinguli filias Regi concubinas
ſubmittere, firmamenta mutui fœderis
& pacis.

Eodem tempore Rex verſus *Tziot-
ſam* & *Beack* amnes profectus, quum
mirum in modum ipſi arrideret locus,
ubi Simmena, Tziotſa & Beack con-
fluunt, juſſit ibidem caſtellum è vivo
ſaxo educi. quod quinquennio à peritiſ-
ſimis architectis fuit perfectum, & Ela-
bas à Rege appellatum. expenſa fuerunt
in hanc arcem myrias una & ducenta
millia rupiarum.

Rex perdomitis jam omnibus perdu-
ellibus, otium nactus, Lahorem cogita-
bat, ut Abdullack ghano Vſbecenſi, regi
Mauthner, filio Tſecander-ghani & hæ-
redi,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

redi, qui ultro ipſum inviſurus in Indiam venire nunciabatur, occurreret. venit interim ad eum Fettiporem, ubi jam XV annos ſederat, Morza Tſarof è Badaxan, ab Vſbequiis multa indigna perpeſſus; cum quo Lahorem profectus, in eo erat, ut Kabulem peteret; ſed ad animum revocans, Gangen adhuc in Pathanenſium eſſe poteſtate, flexit verſus *Ateeck*, atque inde Zienchanum & Radziam Birmuel cum magnis copiis miſit, ut Pathanenſibus bellum inferrent; Pathanenſes autem qui Zelaliæ Afridi & Turcoſt-zey parebant, obſepſerant montium aditus, & occluſerant itinera, ita ut regii magnam cladem acciperent, Birmuel cum aliis multis Ommerawis in prælio caderet, & Tzienghan-goga ægre fuga ſe ad Regem reciperet: miſſæ deinde majores copiæ; quibus belli alea ita favit, ut provincias omnes quas Zelalia & Turcoſt poſſederant, ſubjugarent.

Poſt hæc Regi nunciatur, Mirzã Maſſoffer Hoſſen & Mirzam Roſton Khandaharii, filios Mirzæ Beyram, qui *Khandahari* præerat, à Rege Perſiæ Xa-Abas filio God avendæ, ob injurias acceptas diſceſſione facta, Achabari ſe velle ſubmittere: Qui occaſionem tam pulchram ſibi oblatam cernens, Khandabaren imperio ſuo adjungendi, Chabeeck-

Ganum

Ganum qui v mill. equitibus præera
Khandaharam miſit, cui fratres hi quan
totius oppidi aditus aperuerunt, & La
horem venerunt ad Regem, ubi cur
ſumma benevolentia fuerunt accepti.

T'zedder-zia-han & Hachim hamma
miſſi Bocharam, in ſpeciem quidem u
Abdul-ghanum ob obitum parentis con
ſolarentur, & T'ſander-ghano defunct
juſta facerent, revera autem ut regioner
Maurhener ſpecularentur, quam Rex ob
nixe imperio ſuo adjicere deſiderabat
quo gloriam nominis ſui longe latequ
propagaret, & generis ſui authorem Ta
murlanem æmularetur. Hi quum a
Abdulghanum Bocharam perveniſſent
& regia dona ipſi obtulerunt, & defun
cto juſta perſolverunt, publico convivi
omnibus oppidanis ſub dio lautiſſime in
ſtructo, ex more gentis; & quum annun
integrum ibidem hæſiſſent, magnifici
donis aucti, ad regem ſuum redierunt
plenam de regionis ſitu, & oppidorun
munitionibus, militiæque robore rela
tionem adferentes. Conſultius tame
Regi viſum, Caſſimeren primum aggre
di, cui tum alienigena imperabat. Miſ
ſus ad hanc expeditionem Caſſemcha
Mierbar, Mirza alle Tzily, cum tot
exercitu regis, cumque literis ad Iuſtoff
ghanum regem Caſſimeres, quibus pro

mitte

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

mittebatur, ſi ſponte & abſque bello ſe
Regi ſubmitteret, poteſtatem illius ne-
quaquam imminutam fore. quibus acce-
ptis Iuſtoſ-chan recta ad Regem Lahorem
venit, filio ſuo Iagob-chan in regno reli-
cto. durum id provincialibus viſum, qui
Regem ſuum præſtigiis infatuatum judi-
cabant. nec tamen plena Mogoli deditio
viſa. nam ita ratiocinabatur; ſi ſincere
ſecum agere voluiſſet, etiam filium ſuiſ-
ſe adducturum; cujus juventa facile in
contrariam partem impelli poſſet. nec
vana fuit ſuſpicio. nam filius ſtatim poſt
parentis diſceſſum jugum peregrinum
exoſus, regnum ſuum munire, & aditus
omnes occludere cæpit. tenuere Regem
aliquandiu anxium hæc Iagob-Chani
molimina, quum difficile videretur per
anguſtos montium aditus in provinciam
penetrare. tandem tamen Mirzam alle
Izilly, & Ghaſſem-Chanum cum exer-
citu dimiſit, adjungens aliquot Caſſimi-
renſes Ommerauwos, quibus aditus om-
nes notiſſimi erant. Iachob-Chan ho-
rum gnarus, aliquot Ommerauwos cum
magnis copiis ad *Kotelen* id eſt anguſtias
montium *Bimber* dimiſit, ut hoſtibus
aditum intercluderent. qui regiorum
promiſſis & donis deliniti, à Rege ſuo
defecerunt, & hoſtibus aditum per mon-
tana aperuerunt. Regii anguſtiis ſupera-
tis,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

tis, nullo negotio Caſſimirem attigerunt, & quum mœnibus careret, primo impetu irruperunt: Rex vivus in poteſtatem venit, ſed venia ab Achabare impetrata, annuum ſtipendium una cum Parente, haud ſatis pro dignitate, accepit.

Rex deinceps animum ad *Sinden* adjecit, cui Mirza-Sianis imperabat, ſuis ob tyrannidem ſupra modum exoſus, expeditioni præfectus Gan-Ghanna. qui exercitum omnem, cum neceſſario apparatu, multis ratibus ſecundo flumine *Ravea*, in Indum, atque ita porro ad metropolin *Tattam* deduxit. tenuit illius obſidio & oppugnatio totum ſemeſtre; ſeptimo autem menſe Mirza Sianis ſe dedidit, & ad Regem miſſus, benigne ab illo fuit acceptus, & regnum Sindæ in provinciam redactum. Accidit ſub hæc ad aures Regis, *Neſam-Sha* Decanenſium regem deceſſiſſe, ſubiitque cupido hoc quoque regnum Imperio ſuo adjiciendi, neque ullus magis idoneus viſus qui huic expeditioni præficeretur quam Gan-Ganna: qui cum XXII Ommerawis & ingenti exercitu Lahore profectus, tandem *Bramporen* venit, (cujus præfectus Radzia Aly-Chan ſtatim ſuas quoque copias adjunxit) ibidemque ſubſtitit integro ſemeſtri. Nam *Tziand Biebie* filia Neſam-Sha, Amdanager

age

gebat & prudenter regnum adminiſtra-
bat, Eunucho Godzia-Tzuhel qui forti-
tudinis & induſtriæ laude eminebat, co-
piis ſuis omnibus præfecto. Is cum XL
millibus equitum (inter quos & Viſiapo-
ris & Golcondæ regum copiæ cenſeban-
tur) Channæ obviam proceſſit, qui licet
vix XX millia in caſtris haberet, tamen
ducum ſuorum Radziæ Alighani; Mir-
zæ Ched-Gaſſem è proſapia Tzadet,
& aliorum virtute confiſus certamen
minime detrectavit, & ut ſuis labo-
rantibus ſuppetias ferre poſſet cum
quinque millibus lectiſſimorum equi-
tum, extra aciem ſeparatim ſubſtitit:
certatum fuit tota die & nocte, anci-
piti eventu, & multis utrimque caden-
tibus, inter quos & Radzia Alichanus
fuit; poſtero mane acie regia jam incli-
nante, Cham-Channa cum ſubſidiariis
ſuis tanto impetu in hoſtes defeſſos
irrupit, ut terga vertere cogerentur,
Godzia-Tzuhel in prœlio occiſo: In-
gens hæc victoria fuit, parum tamen De-
canenſi provinciæ decerptum, Regina
novis copiis impetum Mogolum retun-
dente.

Hactenus Regi omnia proſperè & ex
voto ceſſerant, ſed ut ſunt vices huma-
næ, poſthæc plures domeſticæ calamita-
tes proſperitatem illius contaminarunt.

N Nam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

Nam primo, in ſpem erectus regno Decan potiundi, filium ſuum *Sha-Morat* ſeptem millibus equitum præfectum, cum Tſadoch Mametchano & aliis magnatibus ad Decanenſe bellum ablegavit, qui Bramporen cum copiis adveniens ibidem ſemeſtri ſpacio hæſit. Hîc autem quum antea magnum prudentiæ & fortitudinis ſpecimen edidiſſet, ita ebrietati ſe dedit, ut in gravem morbum incideret; quod quum Regi nunciatum eſſet, de filii ſalute anxius, quantocius Chiech Abdul Fazel divanum ſuum id eſt ſupremum cancellarium, principis autem ante pædagogum, miſit ut ipſum in viam revocaret. ſed nimis ſerum fuit hoc remedium; nam Abdul-Fazel Bramporen veniens, valetudinem principis deſperatam invenit, è qua paulo poſt exſpiravit. Morte principis divulgata multi Ommerauwi & Mancebdares qui ipſum comitati fuerant, fugerunt; verum Abdul-Fazel, Ganganna, Tziedruſtof Chano & Tzadoch Mamet-Ghano atque Mirza Tzaroch in conſilium vocatis, ita peroravit; Nullam equidem cauſam video, quare Ommerauwi iſti fugerint, nam licet filius Regis mortem obierit, ea haud ſecus accipienda eſt, quam alterius cujuſvis Ommerauwi: ſupereſt ipſe Rex, & ut diu ſuperſit, Deum ſupplex veneror:

ego

ego autem exercitui huic cum ſumma poteſtate præero, & theſauros à Principe relictos Mancebdaribus & militibus diſtribuam, & bello me accingam. Quibus uti dixerat perfectis v coſ. verſus *Chapor* movit, & ex adverſo hoſtium caſtra locavit; cadaver autem principis Dellyum miſit; & plures Ommerauwos & Mancebdares è fuga retractos in medio caſtrorum elephantis conculcandos objecit: denique literas ad Regem dedit in hanc ſententiam; ſe quum Bramporen veniſſet, principem jam in extremis conſtitutum reperiſſe, theſauros autem illius inter milites diſtribuiſſe, ut majori alacritate ad expeditionem Amdanagarenſem ſe accingerent. Rex his literis acceptis graviter ob mortem filii ſui indoluit, benevolis tamen literis Fazelo ſummam in exercitu præfecturam confirmavit.

Eodem anno Rex alteri filio *D'haen-Xa* vel *Xa-Daniel* Ducatum VII mill. equitum attribuit, eumque Elhabaſſem ablegavit, Coutel Mametchano cancellario pluribuſque aliis Ommerauwis & magnatibus ipſi adjunctis. Princeps cum Elhabaſſam veniſſet, copias ſuas diviſit, ut melius rebelles in vicinia perſequerentur. Fazelus interea, provinciam *Barar* & *Chandis* imperio Regis adjunxit; Regemque rogavit, ut Agram accedere di-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

gnaretur, futurum enim ut facillime Amdanager, Viſiapor & Golconda regno illius adjungerentur; placuit Regi conſilium & Lahore, ubi jam XII annos hæſerat, relicta, venit Agram atque ibidem anno integro manſit.

Anno Mahumetano 1005. noſtro cIↄ Iↄ XCV regi conſultum viſum filium ſuum *Xa-Selim* mittere ad Radziam Ranam Mardout, qui omnium Radziarum totius Hindoſtanæ longe potentiſſimus nuper rebellaverat, debellandum; eique adjunxit Tzebhaer-Chan Cambou V mill. equitum ducem, Cha Conligan Mharem III mill. & Radziam Ziagenat totidem equitum duces, pluresque alios Mancebdares, ita ut exercitus principis validiſſimus eſſet.

Anno Mahumetano 1007. noſtro cIↄ Iↄ XCVII. Rex ipſe cum exercitu movit ex Agra, ad bellum Decanenſe profecturus, verum quum jam *Nerebadam* fluvium trajeciſſet, Radzia Bador-Xa, qui arcem *Haſſer* in poteſtate habebat, eandem contra Regem munivit, plurima annona è vicinia contracta: Rex periculoſum ratus hanc arcem poſt ſe relinquere, conſilium cepit eam ante omnia expugnare; Arx hæc tria caſtella complectitur, quorum prius *Cho Tzanin* dicitur, alterum *Commerghar*, tertium in

editiſſi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

editiſſimo monte ſitum eſt, ita ut VI coſ. intervallo eminus conſpiciatur: Rex nihilo ſecius illam undique cinxit atque ita noctu atque interdiu impugnavit, ut poſt ſemeſtre ſpacium, eam impetu capturus videretur: Badur-Xa periculo cognito, vitæ & bonorum incolumitatem pactus, ſupplex ad Regem venit & ſe ſuaque illi dedidit; & venia impetrata, cum fratribus & agnatis ſuis, Regis familiaribus & ſtipendiariis fuit adſcriptus. Venit hic ad Regem Abdul Fazel, eumque ita permovit ut ad bellum Decanenſe proficiſci jam certo conſtitueret; etenim ſi Regnum Decan imperio ſuo adjicere, & Reges qui Chandeis, Viſiapor & Golcondæ potiebantur, fugare poſſet, ſatis jam magnum nomen & imperium ſe adeptum opinabatur. Verum dum in eo eſt, præter expectationem nunciatur ipſi T'zebhaerganum Kambau, quem principi *Xa-Selimo* adjunxerat, in oppido Aſſemere defunctum eſſe, & principem theſauros illius, qui Caroram, ſive decem myriadas rupiarum excedebant, ſibi vindicaſſe, & ingenti militum delectu facto, Agram repetere, eo conſilio ut patrem regno exueret. Quibus acceptis Rex ſententiam mutavit, & filio ſuo *Xa-Daniel* cum Fazelo & Chan-Channa & pluribus Ommerauwis: verſus Amnada.

nadagar & Viſiapor ablegato, Agram repetiit. Xa-Selimus interea ab Aſſemere redierat Agram: verum quum arcem ſe obtinere poſſe deſperaret, diſceſſit rurſus, atque per *Rehen* & *Annevvar* XII dierum itinere venit Elhabaſſam, imperiumque Siaupor, Bahaer, Kalpi, Lacknou, Oude, Berage, Kerſama, Mekpor, Kera, Gaſtanpor, Ghanouts, aliorumque oppidorum uſurpavit, conſtitutis ubique Ommerauwis ſuis, & parentis ſui ducibus ejectis, quorum aliqui ad ipſum tranſierunt, alii, quibus major erga Regem ſuum fides fuit, derelictis rebus ſuis omnibus, ad Achabarem perfugerunt. Qui quum Agram veniſſet, anxie perpendere cæpit, quo pacto filium ad officium reduceret: quare primo ad filium dat literas, quibus conſilii ipſius temeritatem ob oculos ponebat, & Dei vindictam in filios inobedientes; verum ſi pravis conſiliis damnatis, ſupplex ad patrem rediret, delictorum veniam, & priſtinam gratiam recuperaturum. Verum Xa-Selimus patris minas & monita inſuper habuit, & jam omnium regionum ad Haſſiporen & Pathanam potens, Radziam Manzing qui Bengalæ vice regis præerat, rogavit ut ad ſe veniret & provinciam illam ſibi traderet; ſed fruſtra.

Eo anno princeps *Daniel Xa*, qui in

Decan

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

Decan bellum gerebat, cum toto exercitu movit verſus Amadanager, & venit *Gandetzin* : *Tziand bebie* autem cum omnibus patris ſui Nezam Xa Ducibus in arcem Amadanager ſe concluſit, ad obſidionem tolerandam parata. Arx ea munitiſſima eſt, quippe edito loco ſita, & altiſſimis foſſis circumdata, in quibus plurimi fontes ſcaturiunt: nihilo tamen ſecius Princeps & qui cum ipſo erant fortiſſimi duces, Chech-abdul-fazel, Chan channa & Tzied-juſtof-chan undique copiis ſuis illam cinxerunt, & acerrime ſemeſtri ſpacio oppugnatam, ſeptimo demum menſe expugnarunt; *Tziandbebie* veneno hauſto ſibi mortem jam ante conſciverat; Theſaurus autem longe maximus in regiorum venit poteſtatem; Sultanus denique Daniel, Godzia Beeckmyrza arci impoſito, Gandes & Berar provincias paterno imperio adjunxit, atque ita Bramporen rediit. Hic Legati cum opulentiſſimis donis & ſubmiſſis literis, à Regibus Golcondæ & Viſiaporis ad eum venerunt; ſed ille poſt hæc ebrietati ſe totum addixit.

Eodem tempore miſit Xa-Selim, Godzian Ziahan ad patrem ſuum, ſimulans, ſibi dolere quod ipſum offendiſſet; quare Rex ſtatim ipſi reſcripſit & de venia bene ſperare juſſit, ſi primo quoque

tempore ad pedes ſuos accideret. Ziahan quoque poſtquam ſemeſtre Agræ manſiſſet, ad ipſum remiſſus, ita ipſum permovit, ut jam omnino ad Patrem ſupplex redire in animum induceret: verum quum ex itinere ad Parentem ſcripſiſſet ſe quidem ſupplicem advenire, petere tamen, quum exercitum LXX millium lectiſſimorum militum penes ſe habeat, ut ducibus ſuis quæcunque ipſis donaverat, quæque adhuc donaturus erat, retinere liceret, neque rebelles Regis æſtimarentur; & neutrum impetraſſet: repetiit Halebaſſam, & auream atque æneam monetam ſuo nomine non modo cudi fecit, ſed & ad patrem miſit, ut animum ejus magis irritaret. Rex id indigniſſime ferens, omnem rei geſtæ ſeriem ad Abdul-Fazelum perſcribit, qui Regem bono animo eſſe juſſit, ſe enim quamprimum ad ipſum venturum, nec defore ipſi vires aſtumque quo filium ipſi vinctum adduceret; atque ita paulo poſt impetrato à *Daniele-Xa* commeatu, cum ducentis aut trecentis equitibus, (impedimentis omnibus ſequi juſſis,) ſe itineri accinxit. Xa Selimus, quem hæc non latebant, ad animum revocans Fazelum ſemper ſibi infenſiſſimum fuiſſe, ideoque merito metuens ne patrem adhuc acrius in ſe exſtimularet, in itinere

nere

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

nere illum ſibi omnino intercipiendum judicavit; & Radziam Bertzingh Bondelam, qui in ſua provincia *Oſſeen* agebat, rogavit ut Fazelo inſidias ſtrueret juxta *Soor* & *Gauler*, & caput illius ad ſe mitteret, ſe in tanti beneficii ab eo accepti memoriam ducatum v mill. equitum ipſi attributurum: Aſſenſit ille & cum mille equitibus & III mill. peditum, tres quatuorve coſas à Gualer conſedit, ſpeculatoribus in vicinis pagis collocatis, qui ipſi adventum Fazeli mature indicarent; ergo quum ille inſidiarum ignarus jam veniſſet *Collebagam* atque inde peteret *Soor*, Radzia Berſingh cum ſuis ab utroque viæ latere, in illum irrupit; pugnatum à Fazelo & equitibus illius fortiter, ſed numero obruti ſenſim defecerunt, & ipſe Fazelus XII vulneribus in certamine acceptis, indicioque ſervi captivi ſub vicina quadam arbore deprehenſus, capite truncatus fuit. Caput principi miſſum, ingenti gaudio ipſum perfudit; ex adverſo Rex audita Fazeli cæde, quem unice diligebat, ſupra modum indoluit, & triduum abſtinuit publico: nec hic finis miſeriarum fuit, nam haud dudum poſt filii *Xa-Danielis* mors, qui Brampore nimia ebrietate defecerat, ipſi nunciatur, quæ tantopere ipſum affecit,

ut pene vitæ tæderet; ſed à ſuis confirmatus, Gangannam cui ſupra modum iraſcebatur, quod haud majorem curam principis geſſiſſet, Brampore in aulam revocavit, & advenientem ad conſpectum ſuum aliquandiu non admiſit; ſed tandem ab Ommerawis ſuis perſuaſus, in priſtinam gratiam receptum & ſummi caſtrorum præfecti dignitate auctum ad exercitum in Decan remiſit.

Iamque Rex ira ſtimulante filium armis perſequi certus, cum ingenti exercitu Semenam fluvium trajecerat, quum ipſi matris morbus nunciaretur, qui illum Agram retraxit: illa autem biduo poſt reditum illius exſpiravit, & magnifice illata eſt in monumentum Hamayonis conjugis ſui in civitate Delly. Iuſtis autem matri perſolutis, ablegavit Rex ad filium Miratſedderan ipſius quondam pædagogum, cum literis, quibus primo acerrime filium objurgabat, dein ob oculos ponebat, ipſum jam ſolum ſupereſſe, neque quemquam eſſe qui regnum ipſi poſſet præripere; modo ſibi ſupplex fieret, facile antecedentium delictorum veniam, & antiquam gratiam recuperaturum. addidit & ſecreta mandata. cum quibus Mira tſeddera ad principem profectus, tandem ipſum permovit, ut ad Patrem ſupplex veniret. *Xa-Selimus* igitur

tur cum filio ſuo Sultano Perwees, ex Elhabaſſe anno Mahumetano 1013, noſtro cIↄ Iↄ CIII, profectus cum exercitu trajecit Semenam, & biduo poſt, (die auſpicato, ut haruſpices illius obnunciaverant) cum omnibus ſuis Ommerauwis venit ad arcem Agrenſem. ubi à Mortoſa Chano ad Patrem fuit introductus; quumq; ſe more gentis ad thronum Parentis inclinaſſet, Rex manu illius prehenſa ipſum in Mahael, id eſt, interius cubiculum attraxit, & ingenti furore percitus, ipſi aliquot colaphos in os inflixit, amare exprobans quæcunque improbe in patrem admiſiſſet, puſillanimamque illius ridens, quod LXX millibus equitum ſtipatus, tamen ſupplex ad pedes ſuos accidiſſet. quibus factis dictiſque illum in aliud atrium deduci & cuſtodiri juſſit. Ommerauwi quoque principis, excepto Radzia Batſo (qui mature fuga ſe ſubduxerat) fuerunt prehenſi, & catenis onuſti in carceres conditi. *Xa-Selimus* qui quotidie opio uti conſueverat, viginti quatuor horis eo abſtinuit, ſed poſtero die Rex ad ipſum ingreſſus id ipſi propria manu exhibuit; tertio autem die omnes regiæ concubinæ Regem adierunt, & veniam principi impetrarunt: atque ita ad proprias ædes fuit dimiſſus; è quibus quotidie prodiens cum

magno

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

magno comitatu Patrem more gentis venerabatur; ſed quum Regis familiares ſuſpicioſi ſenis animum metu impleſſent, filium ipſi exitium meditari, cum quatuor tantum miniſtris impoſterum fuit admiſſus.

Tandem Rex, Mytzæ. Gaziæ, Zianii filio qui Sindæ & Tattæ imperaverat, ob arrogans verbum quod ipſi forte exciderat, iratus, eum veneno è medio tollere decrevit: & in eum finem medico ſuo mandavit, ut binas ejuſdem formæ & molis pillulas pararet, & earum alteram veneno inficeret: hanc Gaziæ dare propoſuerat, medicam ipſe ſumere: ſed inſigni errore res in contrarium vertit, nam Rex quum pillulas manu aliquandiu verſaſſet, Gaziæ quidem innoxiam pillulam dedit, venenatam vero ipſemet ſumſit: Seriuſque errore animadverſo, quum jam veneni vis venas pervaſiſſet, antidota fruſtra adhibita fuerunt; Itaque Rex ſalute nondum deſperata *Xa-Selimo* inviſenti Tulbantum quidem ſuum impoſuit, cinxitque illum gladio patris ſui Hamayonis, ſed extra palatium operiri juſſit, neque ad ſe ingredi antequam convaluiſſet: Obiit autem Rex duodecimo poſt die, anno Mahumetano 1014 poſtquam annos 60 feliciſſime imperaſſet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

Ommerauwi autem principales, qui Regi morienti adſtiterant, ipſo jam defuncto, omnes arcis Agrenſis portas occluſerunt, & earum ſingulas fidiſſimis ducibus cuſtodiendas attribuerunt, & in ædibus Chan Azem convenerunt Mortazachan, Tzeyſetchan, Coulie Mamet-ghan, Radzia Raemdas & Radſia Manſingh, de ſumma rei deliberaturi; Chan Azem & Radzia Manzingh Sultanum *Gouſroem* in Regem ſublimare volebant, ſed Radzia Raemdas qui IV aut V millia equitum Raſpotum penes ſe habebat ipſis adverſatus, Gazophylacium occupavit, negans quemquam ſe invito theſauros contrectaturum: Sultan *Selimus* vero morte parentis in propriis ædibus accepta, Ommerauwos ſuos vocavit, & adverſatiorum ſuorum molimina expoſuit; Morteza chan interea cui præcipua porta arcis fuerat commiſſa ad principem egreſſus ipſi regiam dignitatem congratulatur, quem & Nabab Tzaeyiel-chan & gnatus ejus Coulie Mamet-chan ſecuti ſunt; & haud multo poſt ipſe Chan-Azem: verum Radzia Manzing per portam quæ ad fluvium patet, Sultanum *Gouſroem* ad proprias ædes cymba devexit. Selimus jam præcipuorum Ommerauworum potens, arcem eſt ingreſſus, & cada-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

cadaver parentis cum cæteris Ommerauwis pedes extra arcem deduxit, quod magnates magna pompa Tzekandræ III coſ. ab arce Agrenſi in monumentum intulerunt; & ad arcem reverſi, coronarunt Selimum, eique indiderunt nomen Mahomet Ziahaengier: Tertio demum die Sultanus *Gouſroem* à Radzia Manzingh & Chan Azen ad patrem in arcem perductus, eique in ſpeciem reconciliatus fuit.

Coronatione Regis *Zianhaengier* ubique pervulgata, Legati è Perſia, Tartaria, Golconda, Viſiapor, Decan, atque à vicinis Radziis, cum opulentiſſimis donis advenerunt, ut ipſi felicia omnia comprecarentur. Parebant tum ipſi hæ provinciæ, *Kandahaer*, *Kabul*, *Caſſamier*, *Ghaſſenie*, & *Benazaed*, *Guzaratta*, *Sinde* ſive *Tatta*, *Gandhees*, *Brampor*, *Barar*, *Bengala*, *Orixa*, *Ode*, *Malouvv*, *Agra*, *Delly*, cum ſuis limitibus: è quibus annuus cenſus colligitur, uti conſtat è rationali Regis Achabar, VI Areb & XCVIII Caror, Dam, id eſt, ſi ad tangas exigas, III Areb & XLIX Caror tangarum; ſive ſecundum monetam regni, XX tangas in ſingulas rupias computando; aut I Caror tangarum in V lack rupiar. XVII Caror, & XLV Lack rupiarum: atque univerſus hic annuus cenſus in Magnates,

gnates,

gnates, Duceſque & ſtipendia militum effunditur. De Theſauris à Rege Achabare relictis alibi diximus.

Anno Mahumetano 1015, noſtro cIↄ-Iↄ c v, & primo Regis Zia-haengier, Rex filio ſuo *Gouſrou* diffidens, rogavit Mirzam Ommerauwum, qui primas apud ipſum obtinebat, quid ipſi author eſſet ut de filio ſuo ſtatueret: qui reſpondit, conſultiſſimum ſibi videri, ut viſu illum privaret: ſed Rege hæſitante & moras nectente, Gouſrou qui ſibi metuebat, patris conſilium ſubodoratus & fugam meditans, ſcribit ad veterem amicum Hazem Beeckgan Badaxiem, quem Achabar paulo ante obitum ad præſtantes equos è Kabule arceſſendos dimiſerat, ut reditum ſuum maturaret, & ſibi cum quantis poſſet copiis obviam veniret; propoſitum quippe ſibi eſſe cum fidiſſimis & fortiſſimis ſuorum clam ex Agra ſe ſubducere, & Lahorem petere: ille principis literis obediens, quantocius in occurſum illius properavit: jamq; *Achabarporen* venerat, & tantum XXIV coſ. aberat ab Agra. Quum princeps de adventu illius certior factus, ſub veſperam cum expeditiſſimis juvenibus, ex arce Agrenſi ſe ſubduxit, Godzia Meleck-Alii Contuwallo, id eſt, prætorianorum præfecto, qui è prætorio nondum diſceſſerat,

rat, haud auſo obſiſtere; atque ita in luminibus ubique extinctis, & officinis aliquot direptis, præpropere in agrum ſe effudit, & ſalutato ex itinere avi monumento, ſummo mane cum quingentis adoleſcentibus venit *Achabarporen*, ubi Haſſenbeeck-chan cum duobus aut tribus millib⁹ equitum ipſum manebat; cum quo Lahorem quam primum petiit. Rex fuga principis cognita, Coutwallo Godziæ imperat ut cum equitibus quos penes ſe habebat, veſtigia illius premeret; hic intempeſta nocte cum trecentis equitibus ſe in viam dedit: miſſus & eadem nocte Mortazachan cum mille quingentis equitibus; ipſeque Rex ab Mirza Ommerauwo perſuaſus, cum expeditiſſimis elephantis & plurib⁹ Ommerauwis ſummo mane ſequitur, nulla impedimenta præ nimia celeritate ſecum ducens. Princeps qui ad ſummum x coſas Godziam præceſſerat, Mortazachan alias x aut XII coſ. & Regem ipſum pene totidem; in itinere paganos omnes ſpolians, Regis equos ex quibus abducens, & obvios quoſque mercatores ſecum abripiens, non contemnendum exercitum jam collegerat nono fugæ ſuæ die attigit Lahorem. Verum Ebram-chan Patanenſis, quem Rex paulo ante cum præfecti poteſtate Lahorem miſerat, Principis fuga

intel-

intellecta, ſumma celeritate illum ante-vertens, jam arcem Lahorenſem adverſus ipſum muniverat: accidit & alterum illi præter expectationem; Sayet chan cum ſuis tantum III coſas ab oppido tentoria jam ante fixerat, *Bangen* petiturus; hunc princeps amice rogavit ut ad ſe veniret, nec ille abnuere videbatur. Sed quum cum militibus principis veniſſet ad ripam fluvii Ravee, aſtu illis illuſit & cymbam ad arcem applicuit: venit interea ad principem, Zalaekdin Haſſen à Rege miſſus, ut nunciaret, Regem ipſi *Kabulen* & *Banaſoed* attribuiſſe, itaque dimiſſa Lahore in provinciam ſuam diſcederet; ſed ille totam regionem *Zerhind* ſibi concedi poſtulabat: & quum accepiſſet Regem jam flumen juxta *Sultanporen* tranſiiſſe, & Mortazan Chanum in eo eſſe ut flumen *Nackhoder* trajiceret; poſtquam jam octiduo Lahorenſem arcem oppugnaſſet, vaſis conclamatis, cum XX mill. equitum verſus Patris exercitum movit, prœlii aleam tentare certus; jamque XXX coſas confecerat, quum incidit in Mortazan Chanum, qui locum hunc, adventus principis gnarus, præceperat; dies erat pluvius & horrenda tempeſtate inauſpicatus; hic primum levi certamine inter Principis copias, & regios, qui vix 300

equites erant, velitari cæptum eſt, jamq; regii à principis copiis undique veluti indagine cincti, & Xa chelial, qui regios ducebat, cæſo acriter premebantur; quum commodum ſupervenit Godzia-Malick cum vexillis Regiis, qui Regem ipſum adeſſe proclamans, ſuis animum addidit, & principalibus tantum terrorem incuſſit, ut Abdul Rahie Ommerauwus principis vexillum in terram abjiceret. quo facto principales qui dominum ſuum in prœlio cecidiſſe ſuſpicabantur ita conſternati ſunt, ut fugam capeſſerent & palantes in diverſa abirent; plerique ab agreſtibus cæſi aut capti, equis & camelis abreptis; reliqua præda venit in regiorum manus, ita ut Rex ingenti victoria potiretur; qui poſtquam ad Mortazan-Chanum veniſſet, locum certaminis Fettiporen appellavit. Princeps cum Haſſenbeeckio, Chan-Badixie, & Abdul-Rahiem fugiendo pervenit Lahorem, ubi Abdul ſubſtitit, ſed Princeps cum Badixie trajecit *Raveen*, caſtellum Rantas petiturus; jamque ad fluvium *Tzenab* venerat, & cymbam ut trajiceret erat ingreſſus; nautæ vero jam ante à filiis Caſſemchani Niemeck, qui caſtello Rantes cum præſidio præerant, moniti, principem cum cymba in medio fluminis vado impegerunt, & nando in adverſam ripam evaſerunt;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

runt; atque ita miſer cum Haſſenbeeck-Chano in regiorum venit poteſtatem, à quibus ad Patrem, qui jam fluvium *Latir* trajecerat, fuit perductus. Rex cum captivis Lahorem reverſurus, ubi & Abdul Rahiem è latebris erat eductus, agreſtibus imperavit ut arbores cæderent, & juxta utrumque viæ regiæ latus, præacutas ſudes longa ſerie conſtituerent, quibus captivi ſine mora infigerentur, aut arboribus vicinis ſuſpenderentur. quibus perfectis Rex captivum filium ſecum trahens urbem repetiit; & ut filium magis torqueret, elephanto illum impoſuit, poſt tergum illius collocato Zemanabeeckio (hic poſtea Mahobet-chan fuit dictus) qui ipſi nomina & dira ſuorum ſupplicia in itinere ob oculos poneret; ita Lahorem reditum fuit: ubi princeps cuſtodiæ Zemaneebeecki fuit cõmiſſus; & Haſſenbeeckio Badaxiæ, poſtquam taurino tergori recens detracto inſutus inter dira tormenta miſere exſpiraſſet, caput præciſum, quod Agram miſſum fuit ut arcis portæ affigeretur: Abdul Rahiem autem aſelli corio aliquandiu inſutus, tandem veniam impetravit.

Poſt hæc Rex aliquandiu venationibus indulſit, & quum quatuor menſes Lahori conſediſſet, Kabulem inviſurus diſceſſit: Sultanus Gouſrou adhuc capti-

vus erat, circa quem Ommerauwi & Mancebdares regii per vices excubias agebant. Accidit ergo quodam die ut Mirza Fetullha, Mirza Charieff filius Ethamadaulet, Mirza Mouradin magni Aſſof-Ghani è fratre cognatus, Mirza Ziafferbeeck & plures alii Ommerauwi in excubiis eſſent; & communicato inter ſe conſilio proponerent Regem inter anguſtias montium Kabulenſium è medio tollere, & Sultanum Gouſrou in locum illius ſurrogare; ſed opportunitate minime oblata deſtiterunt, & Rex Kabulem incolumis pervenit. Ethamandulet interea cancellarius Mirzæ Ommerauwi, à ſervo ſuo Otthem Tziend, qui gentilis erat, apud Regem accuſatus, quod in munere ſuo 1 millia rupiarum intervertiſſet, Dianet-Chano in cuſtodiam traditur. Accidit præterea (anno Mahumetano 1018) ad aures Regis, Cheer Affenganum captivi generum, prope *Radia-Mahal*, ſummum Bengalæ præfectum Cotopdyn Mahamet-Chan-Gagam occidiſſe; Cheech-Gheaſſedinum autem fratrem, & Kiſſewerchanum filium Cotopdy occiſi, perduelli Affenchano caput amputatum ad Regem miſiſſe, fratremque illius Gonamer, cum filio & matre, itemque uxorem Meheer-Metziam, filiam Ethmandaulat ignomi-

nioſo carcere excruciare; quæ res Regem acrius erga captivum concitarunt.

Quum Rex jam in procinctu eſſet, ut Lahorem repeteret, venit ad ipſum Godzia vehes, viva voce & ſcripto indicans, Mirzam Mouradien, Ziafferbeeghum, Mahomet Zeriffium filium Ethamandaulat, Fettulam filium Hackiem, Addulf heetum pluresq; alios in ejus necem jam ante conſpiraſſe, & adhuc eodem modo erga ipſum animatos eſſe: Rex hiſce auditis ingenti ira percitus juſſit Ethamandaulet cum filio, Mirzam Mouradien, Abdul-Fettum, & cæteros vinctos ſibi ſiſti; quod cum momento factum fuiſſet, eos capite plecti, & cadavera pinnis imponi decrevit: verum Dianet-Chan interceſſit pro Ethamandaulet, conſultius eſſe ſuggerens ut Rex pro vita ipſius 11 lack rupiarum acciperet: atque ita ille cum ſumma ignominia à Dianeth Chano in carcerem fuit reductus. Mirza autem Mouradien, Mahomet Cheriff & Mirza Fettula prout Rex mandaverat ſupplicio affecti. Quibus peractis Rex diſceſſit Kabule & reverſus eſt Lahorem. Atque hic demum Rex conſilio Mirzæ Ommerawi & aliorum magnatum auſcultans, filium viſu privare decrevit; itaque ſuccum è foliis Aeck expreſſum oculis illius illeverunt, quo

factum eſt, ut unus quidem oculus viſu penitus orbaretur, alter obſcuram videndi facultatem retineret.

Eodem tempore, principis Gouſrou cauſa, Rex graviſſime exarſit in Chanum Hazem, eumque omnibus bonis exuit, & coram ſe ignominioſiſſime habitum, ita ut Ommerauwis omnibus mandaret in illius barbam exſpuere, catenisque oneratum ad arcem Gauler ſub cuſtodia miſit; ubi biennium integrum detentus, tandem precibus aliquot concubinarum Regiarum, in gratiam & munus aulicum fuit reſtitutus.

Eodem anno Mirza Ommerauwus apoplexia tactus, & alterius manus & pedis uſu amiſſo rebus gerendis inutilis factus eſt. Et Tzalamghanus, qui Agræ Fauſdarium agebat, vel potius in vicino agro latrunculatorum præfectum, Cotopdienchano uti ante monuimus cæſo, in præfectura Bengalenſi mandato Regis fuit ſubrogatus.

Rex venatione abſoluta, Agram cogitans; Ethamandaulat captivum cum ſuo cuſtode Dianetkgano, & omni familia præmittit, ut Agræ conquireret 11 Lack. rupiarum, quas Regi pro venia indulta debebat, easque in Theſaurum Regis inferret; nec multo poſt ipſe ſecutus fuit. Deinceps per literas Tzalamchano mandat,

dat, ut familiam Cheer Aſſeghan, viduam nimirum illius Meher Metſian, & fratrem illius quantocius Agram ſubmitteret. Quum autem Meher-Metſia provinciam Bahaer attigiſſet, adiit ex itinere dervіſium quendam, quem multa vera prædixiſſe audierat, qui illa conſpecta, ipſi flagrantem Regis gratiam, multaque alia magnifica & proſpera promiſit. Ventum dein Agram; & frater quidem filiuſque Cheer Aſſeghan Ommerauvvis in cuſtodiam traditi; Meher-Metzia autem cum filiola ad Rockian Sultan begem, Regis matrem fuit introducta; quæ illam ſummo amore complexa nunquam pene ex oculis amittebat. Accidit poſthæc ut Rockia, Meher-Metzian ſecum duceret in Mahaelem, id eſt, Gynæceum Regis, & Rex ingreſſus, illam adeſſe, ſed peplo velatam, gnarus, manu propria peplum removeret & faciem illius intueretur. Poſt paucos dein dies, quum feſtum novi anni (Nava Roſa ipſis) ritu Mahumetano celebraretur, & Rex inter concubinas ſuas lętus ageret, adduxit Meher-Metzia filiolam ſuam tum quinque aut ſex annos natam, ad Regem; qui amore illius flagrans, hilari vultu dixit, Parens hujus filiolæ ego futurus ſum: verum illa ſe inclinans reſpondit, quænam ſum ego ut inter Regis conjuges annumerer? Ma-

jeſtas tua miſera me vidua neglecta, tantummodo pupillæ hujus miſereatur, eique benefaciat. Poſt hæc Rex tanto amore in Meher-Metzian exarſit, ut ſingulis veſperis cymba ad ædes Ethamandaulat deſcenderet, & non niſi ſummo mane ad palatium rediret: Arſerat eandem adhuc virginem, patre ſuo Achabare ſuperſtite, ſed jam deſponſatam Cheer Affeghano Turcæ, quare fruſtra illam ſibi uxorem dari à parente petierat, neque tamen amorem ſuum erga illam penitus depoſuerat. Poſtquam jam XL noctes ultro citroque ad ipſam commeaſſet, mandat Godziæ abdul Haſſen, ut Mehet-Metziam ſibi ab Ethamandaulat poſcat, conſtitutum enim ſibi eſſe, illam uxorem ducere & cæteris omnibus conjugibus & concubinis præferre; qui quum tardius pareret, & Regi ob oculos poneret, quam indignum ſua Majeſtate facturus eſſet, infamis viri filiam ducendo, à Rege cum nonnulla indignatione perpulſus eſt, ut mandatum perferret: quo perlato, Ethamandaulat Regem more gentis veneratus, & indignitatem ſuam profeſſus, ſe ſuamque in Regis poteſtate fore, reſpondit: denique die auſpicato, Rex præeunte Cazii, illam duxit in uxorem; eique inter ſolemnes acclamatio-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

mationes nomen ex MeherMetzia, in Nourziam Begem (id eſt lumen orbis) fuit commutatum: Rex autem tantopere eam dilexit, ut omnibus ſuis uxoribus præferret; Patremque illius ducatu v. millium equitum ornaret, atque omnes illius conſanguineos variis dignitatibus atque aulicis muneribus præficeret.

Anno Mahumetano 1020. & ſexto ſuo, miſit Rex Nababum Mottesamghanum cum filio ſuo natu minimo Sultano Tzerriar cum ſummo imperio in Guzaratem: Ghan-Ziam cum pluribus Omrarauwis Bramporen, (provincia Khor Gan Gannæ attributa:) denique Mahabatganum cum exercitu ad bellum Radziæ Ranæ Mondou inferendum.

Eodem anno venit ad Regem magnifica legatio à Xa-Abas Rege Perſiæ, cujus caput erat Zennhelbeecq, qui opulentiſſima dona adferens, magno honore à Rege fuit acceptus, & cum multis inſignibus remiſſus.

In Bengala ditio Radziæ Cots, à Tzalauchano in provinciam eſt redacta, & Mourſa chan filius Hiſſa-chan cum multis aliis magnatibus Regi ſubjectus. Mahabot-chan contra Radziam Ranam cum exercitu miſſus, poſtquam aliquot oppida Radziæ Mardout eripuiſſet,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

ad aulam fuit revocatus, & Abdul-chan cum aliis Ommerauwis ad exercitum ducendum ſubmiſſus. Qui quum *Siſſemeren* veniſſet, exercitum Raſpotum ſive gentilium quos Rana ipſi objecerat, valide cecidit & diſſipavit, ita ut palantes fugerent *Oudeporen*, & provincia illa perdomita, gentilium illorum uxores & liberi in ſervitutem abirent: inde exercitum admovit caſtello *Siavènd*, ubi majores Ranæ hactenus palatium ſuum habuerant; erat enim locus munitiſſimus, & quem Dellenſes Reges nunquam tentare auſi fuerant, ob impenetrabiles ſolitudines & ſylvas quibus cingitur. quas Abdul-chanus per vaſtatores ſuos ſenſim ante ſe cædi & anguſtias rupium excidi imperavit; quod quum Rana animadverteret, duobus aut tribus millibus Raſpotum caſtello cum multo commeatu impoſitis, cum familiaribus & Gynæceo ſuo in ſylvarum & montium avia ſe ſubduxit: Abdul-chanus interim cum copiis in conſpectum caſtelli venit, & vallo è cæduis arboribus jacto, illud tanto molimine impugnavit, ut tandem cæſis omnibus præſidiariis eo potiretur. caſtelli jam potens delubra gentilium (pagodes vocant) omnia exſcidit, quæ jam ſupra mille annos ſteterant, & eorum loco ſumtuoſam Meſquitam ædificari juſſit;

nec

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

nec mora, cum equitibus ſuis, tanta celeritate per ſaltus & invia Ranam perſecutus eſt, ut latebras ſæpius mutare, & provincias ſuas hoſti relinquere cogeretur. Poſt hæc tam proſpere ab Abdulchano geſta, Rex eum cum exercitu in Guſarattam ablegavit, ut illi cum imperio præeſſet, & Bielſgtatos atque Coulyes omnes, qui vias publicas infeſtabant & mercatorum Cafilas ſpoliabant, ad officium cogeret aut deleret: Plerique Radziæ & indigenæ Abdul-gano obviam venerunt cum muneribus, & ſponte ſe illi ſubdiderunt, præter Radziam Eder & Lael Coulie, qui locorum ſuorum aſperitati confiſi imperium detrectarunt: Abdul-chanus autem poſtquam Amadabat veniſſet, cum quingentis equitibus ex omni excercitu delectis, tanta celeritate arcem *Eder*, quæ LXX coſ. ab eo oppido diſtabat, acceſſit, ut famam adventus ſui anteverteret; Radziam cum ſuis congredi auſum, poſt anceps aliquot horarum certamẽ ita profligavit, ut cum quatuor aut quinque tantum ſuorum fuga evaderet: atque ita caſtello & Theſauris illius eſt potitus. Paulo poſt quum ipſi nunciatum eſſet, Lael-Coulien intercepiſſe Caffilam & omnia mercatorum bona diripuiſſe, cum exercitu in illum movit; qui nihil cunctatus, cum II aut III milli-

millibus equitum & x aut x I I mill. peditum proceſſit; Victoria tamen poſt acerrimum certamen penes Abdul-Chanum manſit, Coulieque in prœlio cæſo, caput amputatum & portæ oppidi Amadabat affixum.

Chano Ziahan, qui Bramporen ad bellum Melec Amber Decanenſium Regi inferendum miſſus erat, fortuna haud ita propitia fuit: quare ad Regem perſcribit, Amberis potentia, & ſuorum Ommerauworum diſcordia, bellum in illis partibus minus proſpere geri; itaque conſultum ſibi videri, ut Rex unum aliquem è filiis ſuis mitteret: Quod quum Regi perſuaſiſſet, miſſus Sultanus Perweſius, cum Radi Ramdas; qui cum ſuis copiis *Bramporen* venerunt: Sultanus autem ſcripſit ad Adel-chanum & Gotobel Melicq, quid cauſæ eſſet cur conſueta donaria ad Regem Ziahiangier mittere detrectaſſent; qui reſponderunt donaria jam dudum parata fuiſſe, mitteret modo princeps idoneum virum qui illa acciperet: & ſimul Melec Amber ut idem faceret, admoneret, aut detrectantem armis cogeret. Quibus acceptis Sultanus Ganziachanum, Radiam Manſingh, & Radiam Ramdan cum valido exercitu miſit *Ballagattam*; ut Melicq-Amberi ſeſe objicerent: inde quotidie acerrime

inter

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

inter regios & Decanenſes certatum. Rex deinceps Gan-Azem cum tribus aut quatuor millibus Hadium Bramporen miſit, ipſe autem *Aſſemeren* ſe contulit. Nunciatur interea, Ranam è latebris ſuis egreſſum, *Oudeporen*, atque *Pormandel* & vicina loca recepiſſe; miſſus itaque adverſus ipſum Sultanus Grom, Regis filius cum valido exercitu, *Oudeporen* ſibi elegit, unde copias in diverſas partes dimiſit, & Ranam ita in arctum concluſit, ut à principe in gratiam Regis reduci ſupplex poſtularet: qui illi perſuaſit ut filium ſuum Kharen ad ſe mitteret, coram Rege ſiſtendum, ſpondens fore ut Rex ipſi hoc facto reconciliaretur: Auſcultavit Rana, & filium ſuum cum ingentibus donis, inter quæ erat elephantus ob ſingularem elegantiam *Alem-ghomaen* (id ſuperbus orbis dictus) ad principem miſit; qui illum magno honore affecit & ampliſſimis donis, quæ c millibus Rupiarum fuerunt æſtimata, cumulatum Aſſemeren ad Patrem deducens, Ranam cum Rege reduxit in gratiam: Rex autem Kharenum apud ſe retinuit, eique *Oudeporen, Pormandel*, & vicina loca attribuit.

Ghan Azem qui Bramporen cum copiis ſuis venerat, Gan-Gannam qui in regno

regno *Khoor* agebat ad ſe evocavit; convenitque inter fidiſſimos & fortiſſimos Regis magnates, ut Radia Abdul Haſſen, Radia Mametzing & Radia Raemdas cum multis Ommerauwis verſus *Ballaguattam* præcederent, Can ganna autem cum Ganziahan & reliquis copiis ſequeretur; quibus Melecq Amber cum xx millibus equitum quos ipſe coëgerat, & xx millibus quos Adelghan, atque x millibus quos Gotobel Melecq adduxerant, ſe objecit. Abdul-gano dein qui Guſarattæ præerat, à Rege imperatum, ut quantocius & ipſe cum omnibus ſuis copiis ad exercitum in Decan proficiſceretur; quod haud ſegniter ab ipſo factum. Regius exercitus jam *Kerki* appropinquaverat Decanenſium quidem regiæ, ſed nullis mœnibus cinctæ, quæ tantum v aut vi coſ. abeſt à longe munitiſſima arce *Daultabad*: Hic quum Melecq Amber prœlii aleam tentare, in animum induxiſſet, miſit Faſſenum ad Abdulchanum cædendum antequam cum regio exercitu ſe conjungeret; quod & gnaviter ille præſtitit; ſed cum regius exercitus in conſpectum veniſſet, qui c millibus equitum conſtabat, Melecq Amber conſternatus cum paucis fugit; ſed manſit in cſtris illius Molhena Mamet Lary, Wackhil Adelgani, qui cum xx mill. equitum

quitum Regi Decanenſi ſubſidio venerat: Hic quum regiis longe ſe viribus imparem cerneret, ejuſmodi dolum cõminiſcitur; fictas literas, in quibus nunciabatur Regem Ziahangier diſceſſiſſe, per ignotos nuncios præcipuis Ommerauwis Radiæ Manzing, Raemdas, & Gan-gannæ obtrudi curat; Illi fidem literis habentes, vaſis conclamatis, relicto Decan, Bramporen repetunt: Abdulchanus quoque quum ſimiles literas accepiſſet, tentoriis exuſtis, ſuiſque *Thaliegievan* in præſidia deductis, Guſaratam repetiit. Melecq autem Amber jam metu vacuus, nullo negotio omnia loca quæ Mogoles ipſi eripuerant, recuperavit, & novis operibus communivit. Indigniſſime tulit Rex Ziahiangier hanc ſuorum Ommerauworum fatuam credulitatem, eoſque per litteras acerbiſſime coarguit: & quum *Mandovv* veniſſet, Mahobatganum miſit, ut Bramporæ oppido & provinciæ Barar cum ſummo imperio præeſſet: Huic in tantum fortuna favit, ut brevi tempore rurſus regionem omnem uſque ad Kerkin Regi ſuo ſubjiceret.

Rex poſtquam annum & quinque menſes *Mandovi* ſediſſet, Guſarattam petiit: & quum Amadabat veniſſet, Abdul-chanum ablegavit ex illa provincia, & præfecit illum provinciæ *Calpi* & *Khor*:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

Khor : atque inde, poſtquam annum integrum venando ſe oblectaſſet, reverſus eſt Agram, Chabeech præfectus Khandahaer, præ ſenio jam rebus gerendis inidoneus, revocatus; eique ſuffectus Bador-chan Vſbecenſis. Rex quoque eodem tempore miſit Tſeziad-ghanum, Chiech Zaden, ad Tzalam-ghanum qui Bengalæ præerat, ut illum in præfecturam *Odiæ* mitteret: Sed Oſman chanus Patanenſis qui jam aliquot annis regionem, quæ *Odiam* & *Daeck* interjacet, tenuerat, & limites regni incurſaverat, cum potentiſſimo exercitu advenit, *Daeck* oppugnaturus: Tzalan-chanus autem præmiſit adverſus ipſum, Tzeſiad-chanum, una cum Mirza Effiager & Ethaman-chano & aliis multis Ommerauwis; cum reliquis copiis x aut xv coſar. intervallo ſubſequens, ut ſuis laborantibus ſubſidio eſſet. Orto dein certamine inter utrumque exercitum, Effager & Mierieck Zilaier tam acrem impreſſionem fecerunt, ut hoſtes loco moverent, ſed Oſman inter hæc ferociſſimum Elephantum in illos emiſit, ita ut regii viciſſim cedere cogerentur, & Effiager cæderetur; Tzediant gannus autem & ipſe elephanto inſidens, ut impetum ferocientis belluæ declinaret, ſe è ſuo dejecit, & crus perfregit, ita ut ægre à ſuis è certamine

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

mine ſubduceretur, & regii paſſim fugam capeſcerent; actumque fuiſſet de regiis, niſi inopinatus caſus prœlium reſtituiſſet; miles quidam ſaucius humi jacens, caſu Oſmano, qui elephanto vehebatur, oculum globo trajecit, è quo vulnere paulo poſt exſpiravit; cujus morte milites illius ita fuerunt conſternati, ut ſtatim de fuga cogitarent; regii vero ordinibus ſenſim reſtitutis, eventum prœlii Tzalan chano perſcripſere: qui biduo poſt ad locum venit ubi pugnatum fuerat, & Tzediatgano è vulnere defuncto, magnis itineribus fratrem, & viduam atque liberos Oſmanis aſſecutus, vivos cepit, eoſque cum elephantis, & omnibus Theſauris defuncti, poſt quam *Daeck* Bengalæ metropolin eſt reverſus, miſit ad Regem Anno ··· Rex ex Agra diſcedens, citis itineribus venit Lahorem.

Abdulchanus cui provinciæ Khor & Kalpi cum imperio erant attributæ, eas penitus ſubjugavit, Radiis omnibus & aliis qui rebellaverant & nunquam aliis præfectis paruerant, in ordinem redactis aut deletis, uxoribuſque eorum atque liberis ingenti numero; nam 11 Lack exceſſiſſe dicuntur, in ſervitutem traditis & in regione Yran venundatis, denique locis eorum munitis ſolo æquatis.

Rex ad Legationem Perſicam elegit

Chan Azem virum prudentem & magnis natalibus ortum; eique commiſit ampliſſima dona ad Regem Xa Abas deferenda, nimirum pretioſiſſima vaſa ex achatis, omnis generis pannos, qui in provinciis Indiæ texuntur ex goſſypio & lana, atque auro argentoque intertexuntur, pugiones quoque auro & gemmis variegatos, acinaces, parmas, & alia rari operis & pretii; quæ univerſa LXX millibus rupiatum fuerunt æſtimata. Addidit è theſauris ſuis LX mill. rupiar. ad ſumtus itineris ſuſtinendos, & nobiliſſimum electiſſimorum virorum comitatum; & amiciſſimas literas ad Perſatum regem, in quibus & Legatum ſummopere commendabat, & amicum ſuum atque adeo fratrem vocabat. Venit cum hoc comitatu Chan Azem Seraed, ubi Haſſenbeecq Ommerauwus pro Xa Abas præerat. qui Legato occurrit, & illum ſummo cum honore in oppidum introduxit & magnifice excepit. Tunc Spahan petiit: illique adventanti à Rege obviam miſſus Konſtalicq-Chan Ommerauwus cum pluribus aliis, qui illum magnificentiſſime in urbem deduxere; quumque in conſpectum Regis eſſet introductus, ſurrexit è ſolio Rex, & aliquot paſſus obviam progreſſus, Legatum manu prehenſum juxta ſe in ſolio collocavit;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

cavit; poſt illa quotidie magnifica ſympoſia inſtituta, & omnis generis ludicra exhibita fuerunt; Legatoque omnem provinciam Yraen luſtrare conceſſum. Deinceps Rex magnifica dona paravit, quingentos pulcherrimos equos Perſicos, xx mulos raræ pulchritudinis, Iↄ mulas, cL pulcherrimos dromadarios utriuſque ſexus; ſericorum, & auro argentoque intertextorum pannorum magnam copiam, & ſimilia; quæ cuncta per Legatum ſuum Regi Ziahaengier deſtinavit, & Chanum Azem magnifice donatum & per literas ob ſingularem prudentiam Regi ſuo prolixe commendatum dimiſit (poſtquam integro biennio illum detinuiſſet,) rogans ut Regi ſuo ob oculos poneret, urbem Khandahaer à perduellibus parenti ſuo Achabari perfide fuiſſe traditam, æquumque ſibi videri ut Rex illam ſibi reſtitueret, & alia, prout convenire poſſet, alibi pro illa provincia acciperet. Legatus itaque Spahan profectus, cum omnibus ſuis, & Legato Regis Perſiæ, incolumis Lahorem ad Regem eſt reverſus. Eo tempore Rex prima vice Caſſemeren addiit: Sultan Gouſrou qui hactenus in cuſtodia Aſſoff Chani fuerat, ChanZiahan traditus fuit; Mahobet Chantum Kabuli & Banges vice Regis præerat.

Tzalanchanus in Bengala diſceſſit,

cui Rex ſuffecit fratrem illius Chieck Caſſem præfectum Patanenſem: Kherram-ghan autem Tzalan-Chani filius, cum bonis omnibus à parente relictis, Regem aditurus, *Daeck* relicta jam *Radian-Mahal* venerat, quum patruum obvium habuit, qui cognato jam ante ſibi exoſo aliquot elephantos aliaque bona eripuit. Caſſem ea de re apud Regem queſtus, tantam indignationem patruo conciliavit, ut nondum anno in præfectura exacto, revocaretur, & ei ſucceſſor daretur Ebraham Chan è conſanguineis Nour Ziahan, & ipſius favore v millium equitum dux. Caſſem mandato ſe ſucceſſore accepto quantocius cum familia & omnibus bonis diſceſſit è *Daeck*, ſed Ebrahamo apud *Radiam Com* obvius factus, elephantos & alia bona quæ cognato eripuerat, jubetur reſtituere, quod quum detrectaret, primo ad jurgia, dein & ad manus deventum fuit; Caſſem vero ſe imparem cernens, crudeli facinore pleraſque mulieres confodit, ut expeditius fugeret, & bonis omnibus in regiorum manu relictis, cum paucis familiaribus evaſit: Ebrahim autem cum ſummo obſequio ab inferioribus Ommerawis ad præfecturam fuit admiſſus. Porro Rex adverſus Moeckhannos hoſtilia auſos exercitum miſerat, cui Ebrahimus

himus cum ſuis ſubſidio veniens, perduelles ingenti ſtrage percuſſit, multi in acie deſiderati, plures in ſervitutem abrepti, & opima admodum ſpolia capta; quibus factis Ebrahimus tantam gratiam apud Regem meruit ut ipſi equos, acinacem & pugionem dono mitteret, & nomen ipſi commutaret in Pheroos-Zien-Ghan.

Eodem anno miſit Rex Martaſachanum ad arcem *Kangram* debellandam opere & natura longe munitiſſimam, ita ut Dellenſes reges eam nunquam è gentilium manibus potuerint eripere; cingitur enim undique aſperrimis montibus & profunda foſſa, neque patet ad illam aditus niſi per ſylvam 2 coſas latam, & anguſtiſſimum inter rupes tramitem: Quibus difficultatibus dux nihil territus, vaſtatoribus & operis undique vocatis, ſylvam ante ſe cædi fecit, & vix dimidiam coſam quotidie promovens, octavo demum menſe ad arcem acceſſit, quam quum jam altiſſimo vallo & multis munimentis ita premeret, ut brevi eam expugnaturus videretur, expeditio hæc finem juxta cum vita illius accepit.

Anno Mahumetano 1028. noſtro cIↄ Iↄ CXVIII. Rex ſecundo adiit Caſſemiren, & ſtatim rediit Lahorem; Sul-

tanus Gouſtou erat adhuc in cuſtodia Ghan-Ziahan, verum Nourſiahan Begem & Aſſof-Ghan tandem perſuaſerunt Regi ut illum cuſtodiæ fratris ſui Sultani Ghorom committeret: Hunc filium Rex ſummo amore complexus XL millibus Equitum præpoſuerat, & cum Godzia Abdul Haſſen, & aliis potentiſſimis ducibus ad bellum Decanenſe dimittebat: Reges enim Viſiapor & Golcondæ jam aliquot annis donaria ſua Regi ſubmittere detrectaverant; & Melecq-Amber eidem *Gandhees* & *Baraer* provincias ſubduxerat: Chan Channa interea cum exercitum Raſpotum in Brampore deſidente.

Bador-Chano Vſbecenſi in præfectura Candahar ſucceſſor eſt datus Abdul Azies-ghan; Molthana præfectura attributa eſt Gan-ziahan; & Bador-Chano expeditio Kangrenſis: Abdul-chanus Kalpenſis præfectus, & Radzia Bertſingh Bondela, itidem Sultani Gorom exercitui ſe jungere juſſi ſunt: Sultanus autem Perweſius præerat Pathanæ.

Anno Mahumetano 1029, noſtro cIↃ-IↃc XIX obiit Radia Rana, eique ſucceſſit filius Kharen, quem Rex ex aula ſua in provinciam dimiſit; ille autem fratrem ſuum Radiam Riem cum duobus aut tribus millibus Raſbotum, Sultano

Go-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

Gorom ſubſidio deſtinavit; atq; ita Sultanus Gorom qui deinceps Xa Ziahan fuit dictus cum toto exercitu venit Bramporen, ubi & paulo poſt Abdul-chanus cum Germano ſuo Therder-chano, itemque Lala Bertſing cum ſuis Raſpotis venerunt.

Xa Ziahan quum jam copias omnes Bramporen adunaſſet, præmiſit Abdul-chanum, Lalam Bertzingh & Godziam Abdul Haſſen cum pluribus aliis Ommerauwis ad bellum Melecq Amberi inferendum: Ziadourayam autem & Mirzam Mackhey, Golcondam ad Cotobel Melicum; itemque Mahametum Tackhie Viſiaporen ad Adel chanum dimiſit cum literis, quibus monebat ut donaria ſua quamprimum ad Regem deſtinarent, ſecus fore ut bello ipſos perſequeretur, & è ditionibus ſuis ejiceret. Abdulchanus & ceteri cum exercitu tranſierunt *Ballagattam*, quo princeps x aut XII coſarum intervallo cum reliquis copiis eſt ſecutus; aliquot deinde prælia cum Melico Amber inita, in quibus regii ſemper ſuperiores fuerunt, & denuo *Kerki* potiti, palatium Amberis funditus deſtruxerunt, atque ingentem prædam abduxerunt; ita rurſus provincia *Gandees* & *Barar* & omnia loca circa *Amdanagaram* in Regiorum venerunt poteſtatem:

Præda omnis una cum donariis Regum Golcondæ & Viſiaporis Regi ſubmiſſa, magno gaudio illum perfudit, & de filii ſui virtute bene ſperare fecit.

Anno 1030 rediit Rex Agram, venationibus tempus terens, & ut plurimum in viridario Sultani Perweſii trans flumen agens. Eodem anno obiit Ethaman Daulet ſupremus Regis Wazir, cujus omnia bona Rex filiæ ipſius & conjugi ſuæ Nourziahan Begem donavit; munus autem illius attribuit Godiæ Abdul haſſeno.

Xa-Ziahan qui Brampore agebat, & fratrem Gouſrou in cuſtodia detinebat, rationem inire cæpit, quo pacto fratrem ſuum ſine ulla ſuſcipione cædis è medio tolleret, & quum hoc ſuum conſilium aperuiſſet Gangannæ & fidiſſimis Ommerauworum, ipſe venatum fuit egreſſus. Servus illius Reza, quem ad hoc facinus elegerat, cum conſortibus ſuis intempeſta nocte pulſavit fores cubiculi principis Gouſrou, ſimulans ſe veſtes & literas à patre adferre, quibus jubebatur principi libertatem ſuam reſtituere: quod quum principi minus perſuaderet; vi fores è cardine amolitus, inermem ſolo afflixit, & ſuorum ope illi gulam faſcia præcluſit donec exſpiraret, & cadavere in ſtratum repoſito, rurſus fores occluſit:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

cluſit: Mane uxor principis, quæ erat filia Gan Azem, cubiculum ingreſſa, & maritum mortuum inveniens, totam domum planctibus implevit: doluit omnibus inopinata principis mors, nulla dum cædis ſuſpicione. Xa-Ziahan ad urbem reverſus, literas dat ad patrem de obitu fratris, quas ut ſcelus magis celaret, ab omnibus Ommerauwis & Mancebdaribus ſubſignari curavit: dein cadaver efferri & extra oppidum in horto terræ mandari juſſit; aderat tum forte Nabab Nourdien Coulie, qui omnem rei geſtæ ſeriem ad Regem perſcripſit. Rex acceptis literis de obitu filii, valde contriſtatus eſt, ſcripſitque acerbiſſimas literas ad Ommerauwos, querens cur ipſum celaſſent, utrum filius ejus naturali an violenta morte vitam finiviſſet: & cadaver refoſſum ad ſe mitti imperans, in matris ſuæ monumentum ad Elhabas inferendum: Et ſocerum illius Ghan Aſem ad ſe vocatum, eſt conſolatus, eique nepotem ſuum Sultanum Bolachi ducatu x mill. equitum auctum, educandum commiſit.

Abdulchanus eo tempore ſine venia, Xa-Ziahan relicto, in præfecturam Kalpenſem deceſſerat, ſed à Rege irato ex itinere revocatus, ad exercitum rediit Bramporen.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

Tum quoque accidit ad aures Regis, Sha-Aban Perſiæ Monarcham, in procinctu eſſe ut Kandaharen aggrederetur. Ei tum præerat Aſſoffghanus, qui arce bene munita, & præſidio undique contracto, Regem rogavit ut majores copias ipſi ſubſidio mitteret: Rex imperavit Chano Siahan, qui Molthanenſi provinciæ præerat, ut cum largo commeatu & omnibus ſuis copiis eo properaret; quod tamen ille neglexit. Perſæ interim oppidum undique cinxerant, idque noctu atque interdiu oppugnabant. Rex autem cum anxie quæreret quem potiſſimum ad obſidionem levandam mitteret, tandem à ſuis conſultus, Abdulghanum, qui jam cum venia Xa-Ziagan Kalpin redierat, eo deſtinavit. Abdulchanus regis mandato accepto, cum v millibus lectiſſimorum equitum & c elephantis Lahorem venit ad Regem; quo facto tantam gratiam à Rege inivit, ut Rex filio illius Mirzæ chano, filiam Dhan. Xa in uxorem traderet. Tenuerat jam obſidio menſes ſex, quum ipſe imperator Sha-Abas cum maximis copiis ad illam venit. quod cum Regi eſſet nunciatum, tardum fore ſubſidium animadvertens, ad Regem Perſarum ſcribit ſe ipſi oppidum ultro donare, ſimulque mandat Aſſufghano & reliquis Om-

merau-

merauwis, ut illud Perſæ reſtituant: Verum Aſſoffghanus literas haſce fictas eſſe ſuſpicatus, imperium detrectavit, quare Sha-Abas principale propugnaculum ſuffodi & nitrato pulvere disjici fecit; ſed quum jam in eo eſſet ut arcem impetu caperet, Aſſoffghanus & reliqui Omerauwi deditionem fecerunt, & à Perſa ad Regem incolumes cum ſuis ſunt dimiſſi. Sha Abas oppido atque arce potitus, eiſdem Colis Ally chanum præfectum dedit, & ad Regiam ſuam Spahan remeavit.

Rex jam ante Aſſofghanum, germanum Nourziahan Begem miſerat Agram, ut theſauros ex Agrenſi arce levatos, Lahorem deduceret; verum Ethabarchan præfectus Agræ, & Ethamat chan theſaurorum cuſtos, ambo Eunuchi, primo detrectare, dein quum aſſenſum amplius ſuſpendere non poſſent, moras nectere, rationes inire, utres reficere, & quantacunque poſſent impedimenta objicere: Aſſofchanus autem urgere ut properarent; miſerat enim clam literas ad Xa Ziahan, quibus illum de itinere ſuo cum theſauris monebat, & rogabat, ut inter Agram & Dellyn ipſi occurreret, & theſauros omnes raperet.

Xa-Ziahan ambitioſiſſimus princeps, jam dudum imperium ſuperſtite parente

ſuo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

ſuo uſurpare concupiverat; atque in eum finem filiam Aſſofghani duxerat, qui cum ſorore & fratribus atque aliis magnatibus Coratſenſibus tantum non omnia in aula poterat: in eundem finem Ommerauwos ſuos multis beneficiis & largis ſtipendiis ita ſibi devinxerat, ut ipſi fidelitatem vel contra proprium Regem juramentis ſpondere non detrectarent: Acceperat enim à parente ampliſſimas & opulentiſſimas provincias, à Mandow Bramporen uſque Gandeerſi, Oudeporen, Baraer, Amdanagar, omnem Guſeratam, quæ latiſſime patet à Brampore Surattam, & rurſus à Suratta ad metropolin Amadabat: atque in omnibus hiſce provinciis & oppidis quæ quam plurima ſunt, propria authoritate præfectos ſive gubernatores conſtituebat; & ſtipendia largiebatur. In iſtum denique finem & fratrem ſuum majorem natu, conſilio Radiæ Bickermanſe, qui vera prædicendi facultate pollere putabatur, nuper ſuſtulerat: Etiam nihil reſtare videbatur quam ut theſauris, quos ingentes his quinque aut ſex annis è provinciis ſuis congeſſerat, etiam paternos adjungeret. Nuntio itaque hoc à ſocero accepto, ſine mora omnes Ommerauwos ſuos evocavit, atque una Radiam Bickermanum ex Amadabat, qui Guſa-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

Guſaratte præerat, & gubernatores, Brodoræ, Cambaiæ atque Brot-Chiæ qui omnes Bramporen ad ipſum venerunt. Anno dein Mahumetano 1031. cum potentiſſimo LXX mill. equitum exercitu diſceſſit, ſimulans ſe Mandoum petere ut venationibus indulgeret; & tantâ uſus eſt celeritate, quotidie cum toto exercitu XX & nonnunquam XXX coſ. promovens, ut ante Aſſemeren venerit, quam Ethaberghano Agræ gubernatori, quicquam de illius expeditione inoluiſſet; atque ita XV diebus à Brampore, cum Ganganna, Mirza darab, Radia Bickermanſe, Roſtomghano, Tſoſshalie, Mamet Tackieck, Sayetghan & aliis cum pluribus tam regiis, quam ſuis Ommerauwis venit Fettaporen: quod quum ad aures Ethabarchani accidiſſet, Theſauros regios, quos jam Aſſoſghano tradere parabat, in arcem reduxit; & Regem per diſpoſitos equos de Principis adventu & molimine fecit certiorem: qui ſine mora Lahore Agram contendit. Princeps interea miſit Radiam Bickermanſen ſupremum caſtrorum præfectum Beyrambeecquium, Roſtomchanum, T'ſoſſalien Deria chanum, Waſirchanum Mam-et Tackhieck cum exercitu ut Agrenſem arcem interciperent; verum Ethaberchanus Regi ſuo fidus, eam jam muniverat, machinas diſpoſuerat,

portaſ-

portaſq;omnes obvallaverat, Beyrambeekius primus oppidũ ingreſſus ſtationem fixit in ædibus Mirzæ Abdullæ filii Ghan Azem, & quum impetum pararet in portam arcis, valide à præſidiariis duce Radia Baderois fuit repulſus: poſt illum advenit Radia Bickermanſe, qui in ædibus Aſſoffchani conſedit, mandavitque Roſtomchano & Dertia chano, ut ædes Regiorum Ducum, Nouradien Coulie, Laſcarchani & aliorum, qui arcem tenebant, ſcrutarentur, & theſauros eorum raperent: XVI Lak. rupiar. ex ædibus Laſcarchani, X Nourdien Coulie; plures ex Aſſoffchani ablatæ: ita ut triduo L aut LX Lack. rupiar. ex diverſorum Ommerauworum ædibus corraderentur: quibus geſtis ad principem Fetiporen ſunt reverſi, nullo alio damno oppidanis illato.

Xa-Ziahan quum ſe ſpe Theſauris paternis potiundi excidiſſe cerneret, & de arce brevi tempore expugnanda deſperaret, patri occurrere & prœlii aleam tentare conſtituit; atque in eum finem militibus ſuis ſtipendia, & alia neceſſaria eſt elargitus, & recenſito exercitu, vigeſimoquinto ab adventu ſuo die, Fetipore diſceſſit. Rex cum paucis admodum copiis ſe dederat in viam, verum evocaverat Mabobot-Chanum è Kabul,

&

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

& Chan-Ziahan è Moltha; Sultanus quoque Perweſius è Pathana ſubſidio adveniebat, recta Agram tendens, utpote ignatus fratrem ſuum jam alio moviſſe. Xa-Ziahan cum exercitu quinto die venit *Therriebadum*, x coſ. infra Dellyum; & Rex tentoria fixerat III circiter coſ. ſub Dellyo; ita ut tantum VII coſ. inter utriuſque caſtra intereſſent. Poſtero die miſit Princeps Radiam Bickermanſied cum aliis, ut cum patris exercitu congrederentur; quibus Rex oppoſuit Abdul-chanum, Mahabot-chanum, Aſſoff-chanum, Godziam Abdul-Hozzen, Zadoeck-chanum, Mirzam Mamet-Haſſen, T'zeerghanum, Ethamat-chanum, Seberdeſt-chanum, Radiam Bertzingh, & alios, copiis ſuis in tres partes diviſis: verum horum nonnulli principi juramento obſtricti Regem deſerere, & ſi poſſent in filii manus tradere deſtinaverant: Regiis copiis T'zerriar minimus natu Regis filius & Mahabotchan; Principis Bickermanzied cum ſummo imperio præerat: Quumque jam acies ex adverſo conſtitiſſent, miſit Rex per Zaberdeſtahan, acinacem ſuum, arcum atque ſagittas ad Abdul-ghanum, obteſtans eum ut fidei ſuæ atque virtutis memor perduellem filium fortiter profligaret; verum ille jam cum Iↄ equitibus extra

tra ordines procurrerat ad hoſtes tranſiturus, quod Zaberdeſtghano, longe aliud ſuſpicanti, exitium attulit: nam quum antequam dolum animadverteret, propius ad aciem hoſtilem acceſſiſſet, quam ut regredi poſſet, confoſſus interiit: Interim & aliis Ommerauwis ceſſantibus, parum abfuit, quin Bickermanzied acies regias perrumperet, & Regem in tentorio ſuo opprimeret, ſed globo à tergo per cervicem ictus, inopinato concidit; qui caſus reliquos Ommerauwos ita conſternavit, ut ſtatim copias ſuas ex acie educerent & 111 coſ. retrocederent, victoria regiis relicta. Poſt hæc Ganganna Principi ſuaſit, ut bello porro abſtineret, & inter anguſtias montium *Mevvat* ſe reciperet, atque omnibus modis tentaret cum parente redire in gratiam; quod quum perſuaſiſſet cum copiis ſuis ſe in montana *Mevvat* ſubduxit. Sultanus autem Perweſius Patri ſuo occurrit ad *Balzol*, unde Gynæcium omne Agram fuit dimiſſum, & Ethabarchano mandatum, ut portas arcis rurſus aperiret. Ad Xa-Ziahan autem ſcripſit Rex, ut ſi ſecum redire vellet in gratiam, *Aſſemeren* ſupplex ad ipſum veniret, fore enim ut jurejurando ab ipſo accepto nihil contra ſe porro moliturum, ipſi veniam delicti faceret, & in priſtinam

gratiam

gratiam accepto dignitates & opes abunde elargiretur. Princeps his literis acceptis ſtatim itineri ſe accinxit, cum Ganganna, Darabchano, Abdulchano, Beyrambeecquio, Decrychano, Mamet-Tackhiecq, & aliis ſuis Ommerauwis: & per *Baſſauvverum*, *Hambier* & *Lael-Sod* (pluribus pagis in itinere ſpoliatis) venit *Aſſemeren*.

Poſt cædem Radiæ Bickermanzied, contulerat Xa-Ziahan præfecturam Guzarattæ in Abdul-chanum, atque ille in exercitu principis hærens, Eunuchum ſuum Baſſadar-chanum miſerat ut vice ipſius provinciæ tantiſper, donec ipſe adveniret, imperaret; qui cum Amadabat veniſſet, regium cancellarium Nadab-t'Zaſſiganum nullo negotio urbe ejecit. Nadab hac injuria irritatus, fixis tentoriis juxta *Kanckry*, ad Nazar-ganum Pathanæ præfectum & Babonghanum qui *Kapperbennizii* agebat, dat literas, quibus & rei geſtæ hiſtoriam, & Eunuchi copiarum numerum, qui Iↄ equites haud ſuperabat, exponit: illi hominis ignavia nonnihil accuſata, qui gnarus Sultanum Bolachi cum avo ſuo Ghan-Azem & regio exercitu venire ut Guſaratam Regi recuperet & cum imperio præſit, tam facile ſe loco pelli paſſus fuerit, *Kapperbennizium* accedere jubent ut

Q ibi

ibi in commune conſulant. Convenerunt uti condixerant, & re mature deliberata, veſpera equos conſcendunt & totam noctem quam celerrime profecti, ſummo mane ad mœnia Amadabat conſtiterunt, nec mora copias in tres cohortes partiti, ſinguli ſingulas portas elephantorum impetu proſternunt, & Baſſadarchanum una cum Tackhiecq Mirza-Madary & Mamethaſſen Cambaiæ gubernatore, & conjuges Chalibeecq & Motza-haib-ghan qui ad Principem defecerant, non opinantes opprimunt, atque ita urbe potiuntur: Hæc regiorum victoria principem qui Mandoi agebat valde afflixit, ſed Abdul-chanus ab eo conſultus juſſit ipſum bene ſperare, tres enim illos perduelles ipſius tantum mercatores eſſe, & ſuis militibus facile ceſſuros; verum contra evenit, nam quum Abdulchanus cum Motza haib chano, Ametghano præfecto Brodiæ, Tzalibeecq, Roſtom Bador, Mamet hoſſen, Tzerdzie ghano, Marcuebeecq Matza-heylghano & circiter VII millib. equitum & 1400000 rup. in ſtipendia militum à *Mandou* quinque dierum itinere veniſſet *Brodram*; atque inde *Waſſet*: T'ſaffinghanus inopinato illius adventu nihil territus, & licet Regius exercitus ſub Sultano Bolachi & Ghan-Azem ad *Tſeroy*
adhuc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

adhuc longius abeſſet, ipſeque pecunia in ſtipendia militum minime eſſet inſtructus, haud tamen ſe deſeruit, ſed regium thronum, quem Xa Ziaghan in Amadabat fieri curaverat, auro & gemmis ſpoliavit, & vendidit convertitque precium in ſtipendia militum, & contractis è vicinis omnibus locis copiis, novem dierum ſpacio adornavit exercitum XIX mil. equitum & quingentorum bombardariorum & XXVIII elephantos, cum XXII duobus Ommerauwis, videlicet Tzaffinghano, Naharghano, Boboughano, Deleeighano, Tzayiedghanna, Tzied-Iacob, Radja Callicaen, Tzied Baſied, Commaelghano, Phereeſghano, Tzayedalem, Mirza-Mockim, Mirza-Caſim, Radja-Daula, Moſa-Hayſtghano, Mia-Tzayeddon, Gokeldas, Baxie, Mirza Caſſem; atque ita tentoria fixit extra civitatem ad *Kancky*; Inde promovit *Aſſemporen*, & luſtrato exercitu, quum Abdulghanum cum copiis adventare accepiſſet, cum toto exercitu conſedit ad *Boubentalavv* VI coſ. ab *Amadabat*: Abdulghanus hoc nuntio in *Anamogery* accepto, hoſtium vires contemnens, & ſuis nimis arroganter confidens, acceſſit ad *Nyriaed* atque *Momodabat*, ita ut tantum VI coſ. intervallum inter utrumque exercitum intereſſet: Hic Abdul-ghanus

 conſi-

conſilio ſuorũ coacto rogavit quid porro faciendum eſſet, hoſtili exercitu adeo vicino. & Matzahaybghano ſine mora confligendum cenſente, redarguit illius perfidiam, (nam literæ ipſius ad Tzaffinganum à præcurſoribus erant interceptæ, quibus ipſi ſignificabat, fore ut ipſo prœlii initio ad regios tranſiret) & catenis onuſtum una cum filio Godiæ Soltani elephanto impoſuit, omnibus ipſorum bonis fiſco addictis. Mane ſine mora movit verſus *Kaniſam*, ſed cum intelligeret regium exercitum validum eſſe, & nonnullis ſuorum haud ſatis fideret, flexit verſus *Barochiam*, ut Tzaffinghanum à tergo concluderet: non latuit regios hoſtium molimen, itaque ipſi denunciant, haud ignorare ſe ipſum petere *Phettabag* ut prælii copiam faceret, ſe ibidem ipſi occurſuros: non detrectavit certamen Abdulganus, ſed mane diviſit copias ſuas in tres partes, dextro cornui præfecit Ametghanum & Tzalibeecquiũ, ſiniſtro Tzerdighanum, Maxutbeecquium & Mamet Couly, mediam aciem ipſe duxit, atq; ita inſtructa acie *Barochia* diſceſſit & venit *Zietelporen*, inde *Phettabaeck* petiturus, ſed Tzaffinghani copię jam iter illud prę-occupaverant, itaque conſiſtere fuit coactus, nam Naharghanus cum quinq; filiis ſuis Tatſienghano, Delauwerghano, &
Dyael-

Dyaelghano, Tziemſeerghano, & Tzerawanghano; & duo ipſius generi Karamerghanus & Chamamerghanus cum tribus millibus equi tum in ipſum invecti, magnam ſtragem fecerunt, & Tzaſſinghanus commodiorem locum ſortitus, tormentis ſuis plurimum ipſis incommodabat, ita ut unus bellatorum elephantorum ictus & in propriam aciem converſus, eam conturbaret: Abdulghanus autem ſuis animum addebat & acie nonnihil reſtituta, Naharghanum requirebat ut cum ipſo concurreret, nec ille detrectavit, verum quum Abdulganus ipſi lancea galeam excuſſiſſet eumque in capite vulneraſſet, ſuis undique ſubſidio concurrentibus, fortiter hic certatum, & unus generorum Naharghani cecidit, & tres filiorum graviter fuerunt vulnerati: Naharghan jam fugam inibat, ſed Delerghanus ipſum revocavit & prælium reſtituit; Tzaetganna & Tzied-Iacob fortiter certabant contra Tſaliſecquium qui cum mille equitibus præceſſerat: cujus equites diſperſi hac illac diffugerunt, ita ut Tſalibeecquius cum aliis quatuor ſubſiſteret, & fortiter prælium ſuſtineret, donec & ipſe ab elephanto ex equo dejectus, à Tzaietganna confoderetur: Ametghanus quoque qui poſt Thalibeecquium

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

in Radiam Hallen & Abdul-Ramen incurrerat, capite truncatus; & utriuſque capita ad Tſaffinghanum perlata. Horum fortiſſimorum Ducum cædes totam aciem ita conſternavit, ut paſſim in diverſa fugerent, præter Tzeytſighanum præfectum *Brodræ*, qui hactenus cum quadringentis equitibus & tribus elephantis, in poſtrema acie conſiſtebat: ſed quum Tſaffinganum in ſe converſum animadverteret, dedit ſe; verum filius illius Mamet-Coulingan patris puſillanimitate contemta, XL equitibus & uno elephanto perfugit ad Abdulganum, qui defectione Tzeytſighani & cæde Ametghani & Tzalibeecquii audita & ipſe licet invitus terga cæpit vertere: Motſa-heybghan venit in manus Tzaffingani; ingens cædes in Abdulgani equites ab indigenis patrata, qui cum paucis venit *Brochiam*, quæ LXXX coſ. diſtat ab *Amadabat*, tantum iter per continuas pluvias triduo emenſus: atque inde bidui itinere acceſſit Suratten, ubi octiduum commoratus, recollectis pauxillis copiis, & in incolas intemperanter graſſatus, contendit *Bramporen*.

Rex interim qui Fettaporæ hærebat, filium ſuum Sultanum Perwees cum Mahabotghano & LalaBertſingh & toto exercitu Raſpotarum dimiſit ad perduellem

lem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

lem ſuum Xa-ziahan perſequendum, & vivum, ſi potis, ad ſe abripiendum; Mirzaghan filius Abdul-gani catenis oneratus, Ethubaerfihano in Agrenſi arce cuſtodiendus traditur; Abdul autem Azieſghanus, qui Abdulgani fraude à regiis copiis ſecluſus in Xa-ziahan poteſtatem venerat, hic ad Regem eſt reverſus & veniam meruit. Xa-ziahan regiorum adventu, cognito *Aſſemere* movit *Mandouvvun*, undique copias ſuas contrahens ad prœlii aleam tentandam. Iamque tantum v aut vi coſar. intervallum intererat inter utrumq; exercitum, quum haud longe à *Mandouvv* primum velitatum, dein cum omnibus copiis fuit concurſum, & Roſtomghano atque Berckendasghano cum copiis ſuis ad Regios deficientibus, Xa-ziahan copiæ fuerunt profligatæ & ipſe præliando & fugiendo ſe recepit trans *Nerebedam* fluvium, & venit *Bramporen*; Beyrambeecquio & Derriaghano ad ripam relictis & cymbis omnibus exuſtis aut depreſſis, ut regios tranſitu amnis arcerent. Ganna Ganna autem Xa-ziahan author fuit, ut ſe ad fratrem ſuum Sultanum Perweeſium ablegaret, ſpondens fore ut ipſos in gratiam reduceret, quod & impetravit, Abdulgano contra ſentiente & principi fruſtra perſuadere conato, haud bona fide Gannam agere.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

Ganna à Beyrambeecquio & Oudieramo atque Siadorayo qui ripas obſidebant, fluvium tranſire permiſſus, venit ad Sultanum Perſium eique perſuaſit ut ratibus factis & cymbis undique conquiſitis fluvium trajiceret; Principem enim paucis copiis inſtructum eſſe, & Beyrambeecquium jam ante ingentibus promiſſis à ſe corruptum minime obſtiturum; nec mora cymbis comparatis x mille equites traducti, & Beyrambeecquius ad Xa-Ziahan miſſus qui Gannam jam inter fratres pacem confeciſſe mentiretur: Sed Abdulghanus quantocius Principem acceſſit, monuitque ut à Gannæ fraudibus ſibi caveret, in eo enim eſſe ut ipſum non opinantem opprimeret & vivum in manus fratris traderet, quippe Beyrambeecquio connivente jam xx mille equites fluvium tranſiiſſe; conſulere itaque ut Darabghanum & Beyrambeecquium proditionis manifeſtos vinciret, & è *Brampore* quantocius *Rehenkheram* ſe reciperet; Xa-ziahan probato hoc conſilio ambos hos catenis onuſtos elephanto impoſuit; & perfugit ad Melecq Amber, *Kerkyam* verſus; Perweſius autem nullo negotio traductis copiis venit *Bramporen*, atque ibidem intellexit, fratrem ſuum Xa-ziahan jam præter *Rehenkeram* ad Melecq Ambe-

rem

rem perfugiſſe, qui ipſi conceſſit domicilium in *Naßier Throm*, unde elephantos ſuos ab itinere defatigatos dimiſit ad arcem *Dollabat* ut ſe recolligerent.

Victoria hæc Perweſii lætiſſima Regi accidit, ſed ab altera parte ſollicitum habuit Ihen Thous Vſbequii motus, qui cum XXX millibus equitum *Kabulem* petere nunciabatur, ut provinciam illam interciperet. Ganna autem Zaedghan filius Mahabetghan qui provinciæ *Banges* vice Regis præerat, hoc motu intellecto ſumma celeritate contendit *Kabulem*, eamque munivit; & quum Ihen Thous tantum XL coſ. ab urbe abeſſet, ipſi obviam proceſſit cum XX millibus equitum; & collata acie Vſbequium ingenti clade cæcidit, ut fugere cogeretur. Zaedghanus victoria uſus fugientem perſequitur, & XL coſ. emenſus ad fines Vſbecq pervenit, *Gaſſanienque* urbem expugnavit, atque cum opulenta præda, multis elephantis & aliquot millibus captivorum reverſus eſt *Kabulem*; & à Rege ducatu V millium equitum & aliis muneribus ob hanc victoriam fuit auctus.

Poſt hæc Rex denuo Caſſimeren conceſſit ut venationibus tempus tereret, quod quum Xa-ziahan accepiſſet, tam longinquam Regis abſentiam ſibi oppor-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

tunam ratus, petiit *Golcondam*, atque ita per *Orixam* irrupit in Bengalam, & cum IV millibus equitum & CCC elephantis, per deſerta proceſſit; Kametbeeckghan ſororius Ebraham qui provinciæ cum imperio præerat, adventu principis territus, deſertis ſuis omnibus profugit, ita ut Xa-ziahan gaza illius potiretur; plures autem Mancebdares regis defecerunt ad principem, qui inde venit in *Pathanam*, quam Mokolidisghan, qui provincię cum imperio præerat, turpi fuga deſeruerat; ad Roſtomum Kandaharii Elhabaſſiæ gubernatorem profugus, à quo ob perfidiam in carcerem conditus & omnibus facultatibus fuit exutus.

Xa-ziahan Gange ſuperato, petiit Bengalam & venit *Kheryn*; ſed Ebrahamghan qui *Daecko* præerat, ſe objecit cum V aut VI millibus equitum prope *Radia mahal*; & tanto impetu in illum incubuit, ut jam fugam pararet, actumque de illo fuiſſet, niſi Abdulghanus ex inſidiis in regios erupiſſet, qui inopinato hoſtium adventu territi, & erga ducem ſuum ob inſignem illius avaritiam & non ſoluta ſtipendia peſſime animati ſtatim terga vertiſſent; atque ita miſer Ebrahimghanus vix quingentis ſuorum retentis fortiter pugnans cecidit: & princeps gaza illius potitus miſit Darabghanum ad urbem

Daeck,

Daeck, ut cæteros Ebrahimghani theſauros, uxores & liberos ad ſe traduceret, & Bengalam omnem in poteſtatem redigeret; ipſe autem *Pathanam* contendit, ubi ad ipſum venit Radia Vſiem cum v millium equitum & xx mill. peditum. Poſtquam principi Perwefio hæc eſſent nunciata, relicto in *Brampore* cum ſumma poteſtate Raia Roſtanghano una cum Laſcarghano, Mirza Manotzier cognato Gannæ G annæ; cum Mahobotghano atque Ghano Alem & aliis Ommerauwis & reliquo exercitu Raſpotarum magnis itineribus contendit Elhabaſſen; quumque intraſſet in provinciam Lalæ Bertzing, venit ad ipſum Bershingus, cum munere duarum aut trium Lack rupiarum, ſeque cum omnibus ſuis copiis illi adjunxit.

Rex qui cædem Ebrahimghani in oppido *Caſsimere* acceperat, quantocius mandat Ghano Ziahan, qui in *Molthan* agebat, ut ſine mora cum copiis ſuis principi Perweſio auxilium ferret, attributis illi in ſubſidium reditibus Guzaratæ: ille autem *Fettaporen* profectus, totos ſex menſes ibidem ſubſtitit, & neglexit principi auxilium ferre. Roſtom Kandaharii interim arcem *Elhabas* permuniverat, obſtructis illius portis; & Xa-ziahan copias præmiſit ad caſtellum *Rantas*, cui

Tzied

Tzied Monbarck præerat, qui ſe atque arcem ſuam principi tradidit: caſtellum quoque *Tzinnar* ab Haſtis Bachi poſt aliquot inſultus fortiter toleratos principi fuit deditum: Wazierghanus denique *Bonaren* profectus, tributum incolis extorſit, & Abdulghanus *Ziaunporen* veniens, poſtquam præfectus illius Ziahaengier Coulighan *Alabaſſen* profugiſſet, oppidanis & gentilibus magnam pecuniæ ſummam extorſit.

Xa-ziahan fratris ſui Perweſy & Mahoborghani adventu cognito qui jam fluv. *Calpin* trajecerant, miſit Radiam Rhiem Beyrambeeckium & Abdulghanum ut Alabaſſen obſidione cingerent: Abdulganus dicto audiens ſuburbana omnia diruit & incolas graviter vexavit; Roſtom Chanus autem injuria hac irritatus cum ſuis erumpens, cum ſuorum clade in arcem fuit rejectus, quam deinceps fortiter contra perduelles defendit. Gliſcebat interim æmulatio & odium inter Abdulghanum & Radian Rhiem; & Perweſius cum Mahoborghano jam cum copiis ſuis venerant *Backeryn* & *Municpoten*; ita ut Radia Rhiem & Abdulganus ſuperato rurſus Gange *Banaren* ſe reciperent.

Ganna Ganna ob certas ſuſpiciones à Mahoborghano in libera cuſtodia tenebatur,

batur, quod Mia Fehiem ipſius libertus ægre ferens, inter *Calpin* & provinciam Lalæ Bertzingh, conatur vi dominum ſuum è cuſtodia eripere, ſed à cuſtodibus, magna primum ſtrage edita, cum aliquot ſuorum fuit cæſus; & Gannæ Gannæ bona in fiſcum fuerunt redacta, uxores ipſius & liberi Agram in cuſtodiam miſſi, ipſe autem catenis oneratus & cum filia Zhiaen Ganom & duobus filiis natu minoribus arctiori cuſtodia ſeptus fuit: Perweſius denique cum Mahobotghano venit *Elhabaſſen*, ubi à Roſtom Kandahary apertis arcis portis cum ſumma lætitia fuit acceptus.

Mahobotghanus, Radia Ziſſing, Radia Ziand, Radia Bertzing, & reliqui Tzayiadæ cum maxima parte exercitus trajecerunt Gangen, Xa Ziahan obviam proceſſuri, qui in *Pathana* ſe ad bellum inferendum comparaverat & juxta *Thoneck* elicem Gangis circiter x coſ. à *Banare* caſtra communiverat: hic intermedio fluvio uterque exercitus ex adverſo conſtitit, & tantum majoribus tormentis utrimque damnum datum. Beyrambeecquius autem qui cum tribus aut quatuor millibus equitum *Alabaſſen* petebat, ad ripas *Ziauziæ* flum. à Mamet Ziama Karotu Perweſy publicano cæſus fuit & capite truncatus. Interim quum exerci-

exercitus regius flumen trajicere nequiret, & à Xa-Ziahan machinis plurimum damni acciperet, venit ad Perweſium paganus quidam, qui exercitum illius incolumem traduxit, & ê regione hoſtilis exercitus in planicie collocavit. Hic ingens prælium inter utrumque exercitum commiſſum fuit, nam Radia Rhiem fortiſſimus miles cum ſuis aciem præceſſit & bellatores elephantos in regiam aciem emiſit, qui ordines plurimum perturbarunt, ita ut cedere cogerentur; verum quum Abdulghanus & Derraghanus prout convenerat, Radiæ Rhiem minime ſubſidio venirent, ſed in veſtigio conſiſterent, regii reſtitutis ordinibus magno impetu in illum incubuerunt, & elephantis multis vulneribus confectis, prælium reſtituerunt; Perweſius quoque elephanto ſuo inſidens & ante aciem pugnans periculum adiit, ſed Regii tam fortiter pugnarunt, ut cæſo Radia Rhiem, Derraghanum in fugam conjicerent, & Xa-Ziahan prælium reſtituere fruſtra conatus, ab Abdolghano licet multum invitus, cum 3 aut 4 mill. equitum in eandem fugam abriperetur: caſtra illius à Radię Bertzing copiis capta, multum auri atque argenti à militibus direptum, cætera præda elephanti, equi, mancipiaque fiſco regio addicta.

Xa-

Xa-Ziahan tam propera fuga ſe ſubduxit ut XXXVI diebus arcem *Rantas* attingeret, cui Radia Gholam præerat, qui principis juſſu una cum Tzied Ziaffer Sultanum Gouſrou ſtrangulaverat; hic Gynæcium ſuum præter filiam Aſſoſghani, depoſuit, & tertio die fugit, pleriſque ſuorum hac illac dilabentibus & Perweſio cum Mahobotghano ipſum intervallo XL aut L coſarum inſequentibus, itaque venit *Pathanam*, unde ad Darabghanum Bengalæ ab ipſo præfectum dedit literas, rogans ut ad *Radia Mahal* ipſi occurreret: verum Perweeſius & Mahobotghanus & pater illius Ganna Ganna ab altera parte, magnis promiſſis illum invitabant ut ad Regios ſe adjungeret: Xa-Ziahan interea venerat *Radiam Mahal*, & quum Darabghanum fruſtra expectaſſet, & à ſe defeciſſe haud fruſtra ſuſpicaretur, inde deceſſit & per *Medenporen* petiit *Odeam*; Regii dein *Medeporen* ingreſſi, quum Xa Ziahan jam effugiſſe cernerent, Bacherghanum cum plurimis aliis Ommerauwis ad ipſum perſequendum dimiſerunt: Perweſius autem *Radian Mahal* repetiit, atque inde dedit literas ad provinciales omnes ut Darabghanum interciperent, & ad ſe adducerent, quod & cognita Xa-Ziahan ſuga haud ſegniter præſtiterunt; id non modo

modo filiis Darabghani quos Xa-Ziahan penes ſe habebat exitium maturavit; ſed & ipſi Darabghano; nam Mahoborghanus miſit Mirguamam cum ſecretis mandatis ad ipſum cum filio ſuo cognato ipſius Cha Noubarghan filio è medio tollendos, qui miſerum non opinantem oppreſſit, & ipſi cum filio & cognato cervices incidit; & ipſorum capita principi Perweſio obtulit: Quæ dein à Mahoborghano poſtquam Gannæ Gannæ ut miſerum ſenem magis excruciaret, triſti ſpectaculo objeciſſet, ad Regem miſſa.

Anno Mahumetano cIↄ XXXIII noſtro 1623. Rex ad ſe vocavit Gannam Zawghan filium Mahoborghani, qui Kabuli vice Regis præerat, & poſtquam ipſum V mille equitum ducatu auxiſſet, præfecit ipſum Bengalæ. Meleck Amber eodem tempore cum maximis copiis ſe movens, regios è ſuis finibus cæpit ejicere; & Laſcar ghanum, Mirzam Manoutzier & Ebrahim hoſſen, qui cum XV millibus equitum ſe objecerant, ita cæcidit, ut vivos caperet, & caſtris illorum atque omni Gaza potiretur: captivi in arce *Doltebat* in carcerem conditi.

Xa-Ziahan jam fugiendo venerat *Odiam*, ſed Baeckher-gano & Regiis Ommerau-

merauwis celeriter ipſum perſequentibus, cum tribus millibus equitum & ccc Elephantis, perfugit ad fines *Golcondæ*, ubi Meleck Amber ipſi pecuniam & alia neceſſaria benigne ſubmiſit, & poſtea latibulum in regno ſuo præbuit. Poſtquam hîc tres menſes quieviſſet, cum Abdulghano Diriabgano & Mamet Tackhieck atque Iacoutghano quem cum x. millibus equitum Melec Amber ipſi adjunxerat, petiit *Baramporen*, quam Radia Roſtang, oppido à Perweſio præfectus, jam vallo & propugnaculis muniverat; certatum quotidie ſub vallo: Roſtang quoque cum ſuis erupit in Abdulganum, ſed magna clade data atque accepta in oppidum fuit rejectus. Impetus dein ab Abdulgano & Derriabghano in vallum factus, quem oppidani fortiter in multam noctem ſuſtinuerunt; Tackhiek interim noctu per vallum irrumpens arcem cepit, verum quum Abdulganus & Derriabganus, (indigne ferentes mercatoris filium id præſtitiſſe, in quo ipſi fruſtra laboraverant,) auxilium ferre detrectarent, Arx à Roſtangio & Atſetgano recepta, & Mamet Tackhieck poſtquam vulnus in oculo accepiſſet, in foro oppidi fuit oppreſſus & captus, militeſque illius ad internecionem cæſi.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

Rex ſive Nourſiahan Begem eo tempore miſit Mirſan Areb deſtoaghan, ut Ganna Gannam qui adhuc erat in cuſtodia Mahoborghani, Lahorem ad ſe adduceret: Ganna Ganna à Mahaborghano multum invito dimiſſus, quum ad Regem veniſſet, gravem inſtituit querelam adverſus Mahoborghanū, quod cædibus in liberos & cognatos ſuos eſſet graſſatus, & ſe, qui ſponte deſerto principe tam neceſſario tempore regiis partibus ſe adjunxiſſet, non modo indigne in carcere habuiſſet, ſed & maximis facultatibus exuiſſet.

Perweſius cum Mahoborghano, Ghan Alem, Radia Stertſingh & omni Raſpotarum exercitu è *Pathana* digreſſus magnis itineribus petiit *Baramporen*; Xa-Ziahan autem adventum ipſorum haud operiendum ratus, ſoluta obſidione repetiit *Ballagatten* & arcis *Haſſer* quæ v coſ. diſtat à *Barampore*; itemque caſtelli *Rantas* clavibus remiſſis ad fratrem Perweſium, qui eidem Betkendaſghanum cum imperio impoſuit, rurſus delituit apud Amberem.

Poſt illa quum ob Gannæ Gannæ accuſationes male convenire cœpiſſet inter Perweſium & Mahoborghanum; Princeps peſſimo conſilio uſus patrem per litteras rogat ut Mahoborghanum in aulam

lam vocaret; Rex itaque ab uxore Nourziahan Begem, & fratre illius Aſſofgano, Ganna Ganna atque aliis Mahabotghani hoſtibus perſuaſus, imperat ut quantocius ad ſe veniret, & quum cunctaretur, miſit Mirzam Arab Deſtaghaib ut ipſum accerſeret; Mahobotghanus autem Regis mandato licet ægre parens, relicta *Barampore*, venit ad arcem ſuam *Ratamboren* quæ LXX coſ. diſtat ab *Agra*. Rex denique in locum ipſius ſubſtituit Ghan-Ziahan præfectum *Amadabat*, qui paulo poſt ſe Perweſio adjunxit.

Xa-Ziahan ut Parentem deliniret hoc tempore ad ipſum deſtinavit centum ex optimis ſuis elephantis, atque una duos ſuos filios ſub cuſtodia Godiæ Ziahan, qui per Baramporen venerunt Agram, atque ibidem aliquandiu ſubſtiterunt.

Madofferghan in Lahore accepit à Rege præfecturam Agræ, abdicato Caſſemghano qui hactenus illi præfuerat: Caſſemghanus duxerat in uxorem Mouviſſanbegem, ſororem Nourziaghanbegem, quæ quum ægerrime præfecturam hanc deponeret, ea molita eſt quæ paulo poſt dicemus.

Iam ante retulimus Regem quum majorem natu filium Gouſrou minori ſuo filio Sultano Gorom (nunc Xa Ziahan) committeret, una commiſiſſe fratris ſui

Dhan-Cha qui Barampore diſceſſerat filios Xa-Ethimorem & Xa-Hoſſen; quos in ipſa pueritia Ieſuitis commiſerat baptizandos & Chriſtiana religione imbuendos, non quod Chriſtianæ religioni faveret, ſed ut pueros Mahumetanis inviſos faceret; & eadem levitate à fide Chriſtiana rurſus abſtraxerat. Hi juvenes diu in comitatu Xa-Ziahan perſtiterunt; Xa-Ethimor tandem, quum Xa-Ziahan cladem illam prope Elhabaſſen accepiſſet, elapſus venit ad Perweſium atque inde ad patruum, qui illum ſummo honore excepit, eique matrimonio junxit filiam ſuam Bhar Banoubeghem, in civitate Lahore: Xa Hoſſen ad eundem modum ſe ſubripuit, quum Xa Ziahan Barampores obſidione relicta fugere cogeretur, venitque ad Radiam Roſtang, atque inde ad patruum qui illum domeſticis ſuis ſingulari benevolentia adſcripſit.

Mahoborghanus qui cum ſuis Raſpotis in arce ſua *Rantamporen* conſederat, ibidem mandatum à Rege accepit quo jubebatur, arcem & provinciam tradere Nourziahan Begem & præfecto ipſius Backerghano, & diſcedere in Bengalam, ut illi provinciæ vice Regis præeſſet: ægertime id accidit homini injuriarum impatienti, quare reſcripſit Re-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

gi, ſi quidem graviſſima crimina falſo ipſi à proditoribus Regni fuerant objecta, famæ ſuæ intereſſe ut ſe ante omnia coram rege purgaret. Abdulganus, quum Xa ziahan ab obſidione Barampores fugeret, fortunas principis deploratas opinatus, & ſpe veniæ a Ghan ziahan ineſcatus, ad Regios redierat, à Principe Perweſio honorifice habitus & muneribus auctus, in obſequio ipſius poſtea perſtitit.

Anno Mahumet. 1035 diſceſſit Mahobotghanus *Rantamporen* cum v millibus Raſpotarum, per *Raſſanvveren* petens Lahorem, ſperans ſe Regi qui Kabulem petiturus erat ibidem occurſurum; verum Nourziahanbegem atque Aſſofghanus adventu illius cognito, perſuaſerunt Regi, qui jam fluenta *Tziunab* tranſierat, ut illi imperaret, relicto exercitu, & præmiſſis elephantis ſuis, cum ſuis familiaribus tantum ad aulam accedere: Mahobotghanus qui hæc in perniciem ſuam ſtrui haud ignorabat, præmiſit generum ſuum cum elephantis, & reſcripſit Regi, dolere ſibi quod Rex mancipio ſuo veteri diffideret, paratum ſe eſſe uxores & liberos pignoris loco tradere, tantum ne pateretur ſe rei in modum in conſpectum Regis adduci: gener illius ad aulam veniens ignominioſe primum habitus fuit, mox & calceis ex more

gentis cæſus, & aperto capite elephanto inſidens per caſtra ad ſpectaculum traductus; Wacquillus quoque Mahoborghani loris cæſus. Venerat jam cum copiis ſuis ad ripam fluvii *Behed*, ubi iterato mandato ipſi imperatum fuit ut tantum cum centum familiaribus ad Regem accederet: nec detrectabat, modo exercitui ſuo ipſum ſubſequi permitteretur: ſed prævalebat odium Reginæ & Aſſofghani, Eradetghani, Fedighani, Godiæ Abdul Haſſen, & aliorum magnatum è factione Coratſenſi; quo factum eſt ut non modo nihil æqui ipſe impetraret, ſed & illi in exitium ipſius conſpirarent: quod ut maturarent, Rege in tentorio ſommo indulgente, cum maximo exercitu, in quo L millium equitum fuiſſe memorant, fluvium ponte tranſeunt, & in Mahoborghani copias, quæ tantum V millium Raſpotis conſtabant, invehuntur: verum neque ipſi fortitudo, aut militibus ipſius fides defuit; regii nullo negotio in fugam verſi, ſupra duo mill. cæſi, plures flumine hauſti, & inter eos magni nominis Godia Ziowaerghan, Abdul Samet & Abdul Galleck. Mahoborghanus victoria utendum ratus, tanta celeritate flumen tranſiit, ut regem adhuc ſomno ſepultum in tentorio opprimeret, & cuſtodibus corporis, qui

obniti audebant, cæſis, elephanto impoſitum ſecum ad propria tentoria abduceret; Reginæ quoque tentoria militibus ab ipſo cincta: Sultanus Balochi, & Tzeriat & filii Dan cha cuſtodia ſepti: Aſſoffghanus & Fedyganus fuga ſe ſubduxerunt: Eradetghanus & Mokendas Divanus Aſſofghani capti: omnis regia gaza & Ommerauworum regiorum theſauri direpti à Raſpotis, & regia caſtra horrendo tumultu & planctibus impleta. Solus Zadochganus Aſſofgani frater, qui cum fratre diſcors ante prœlium ſe ab ipſo ſejunxerat, in fidem receptus & præfectura Lahoris fuit donatus. Videre denique erat rerum faciem mirifice mutatam, nam Nourziahanbegem regina quæ inſtar divæ hactenus culta fuerat, jam neglecta ſolito comitatu deſtituebatur.

Aſſofghanus cum filio ſuo Mirza abontaleh qui Lahori vice regis præſuerat & filius Mirmiræ, qui è prœlio *Atteck* verſus profugerant, à filio Mahobotghani & Nonradino Coulighano cum duobus millibus haddyerum & raſpotis è fuga retracti, ad Mahobotghanum qui interim cum Rege captivo *Atteck* venerat, adducuntur & catenis onerantur; atque ita cum captivis omnibus ventum eſt *Kabulem:* quorum Molena mamet &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

Eradetghan ita duriter & ignominioſe fuerunt habiti, ut Mollena Mamet tandem exſpiraret.

Diximus ſupra Monniezabegem uxorem Caſſem gani ægerrime tuliſſe præfecturam Agrenſem marito ſuo ablatam; itaque quantocius profecta eſt Lahorem ad ſororem Reginam, atque inde Kabulem, ſed cum ſororis fortunam collapſam reperiſſet, & Mahoborghanum jam omnia poſſe, cum quo ipſi vetus neceſſitudo fuerat, applicuit ſe ad ipſum, & facili negotio impetravit, ut præfectura marito ſuo reſtitueretur; & Agram cum regio diplomate reverſa, Madoffergbanum, qui tantum triduum præfectura functus erat, amovit, marito ſuo in priſtinum locum reſtituto. Madoffergbano autem imperatum ut duos filios Xaziahan una cum Godia ziahan ad Regem adduceret: quod haud ſegniter præſtitit: Iuvenes autem hi una cum Sultano Bolachi, Raſpoto cuidam in cuſtodiam à Mahoborghano dati, dum hæc aguntur Xa ziahan, qui hactenus in Decanenſi regno latuerat, jam cum filio Radiæ Rhiem & novis copiis per provinciam Ranæ *Aſſemeren* petere nunciatur, quæ res Regios nonnihil perturbavit, præſertim quia plures Radias Raſpotarum ad illum defeciſſe, ipſumque Agram petere,

petere, incerto rumore ferebatur; ſed filio Radiæ Rhiem, cui maxime fidebat, Aſſemeræ præter expectationem defuncto, & Raſpotis dilabentibus, omiſſa *Agra* iter reflexit verſus *Tattam*, eamque Derrighano potiſſimum annitente, obſidione cinxit, verum Cherif Melecq qui civitati vice Regis præerat, cum copiis ſuis egreſſus, eos obſidionem ſolvere compulit; ad quam tamen poſtea reverſi ſunt; verum Cherifio rurſus erumpente Derrighanus cæſus, & Xaziahan *Backar* profugere fuit coactus. Eodem tempore captivi Ommerauwi Laſcarghanus, Mirza Manoutzier & Ebrahim Hoſſen à rege Decan-Melecq Amber ad principem Perweſium remiſſi. Et Channa Zaetghan patri ſuo Mahobotghano è Bengala ſubmiſit XXVI. lacus rupiarum quæ feliciter Agram perductæ ſunt.

Rex qui è Kabule Lahorem redierat inſtinctu Reginæ permiſit prætorianis ſuis Raſpotas Mahobotghani inopinantes cædere, & plures captos Kabulenſibus in ſervitutem vendere: deliberatum dein inter regios quo pacto Mahobotghanum perderent, antequam amici illius Ghan Alem & Radia Roſtangh cum majoribus copiis ipſi ſubſidio advenirent; placuitque ut Ouriarghanus,

Baziouvvara & *Deſſouvva* præfectus quantocius v millia equitum cogeret, & in Mahobotghanum, ſimul atque *Ateck* præteriiſſent, impetum faceret; Ouripar-ganus itaque & Godia Tzera coëgerunt v millia equitum; Regina quoque profuſis theſauris ſuis, undique amicos ſuos & plurimos milites advocavit, ut jam magnum exercitum penes ſe haberet: Aſſofgano & filiis Xa-ziahan adhuc in poteſtate Mahobotghani permanentibus.

Fedighanus qui è prælio evaſerat, poſtquam aliquandiu in *Rhokeſtan* ſive deſertis *Thombel* apud Radiam Ghomanau latuiſſet, venit ad Radiam Bertzingh atque inde commeatum petiit à principe Pervveſio quem cum gratia impetravit.

Rex poſtquam fluenta *Ateck* tranſiiſſet, ubi cruentum illud prœlium ante commiſſum fuerat, Mahobotghanum rogavit ut Aſſofganum in libertatem reſtitueret, ſe ad rei memoriam Meſquitam ibidem conſtruendam curaturum; quod tamen tum negatum à Mahobotghano, & tantum impetratum ut Aſſofganus paulo laxius & mollius in carcere haberetur: ventum erat ad fluenta *Reed*, quum ex omni parte Reginæ copia comparuerunt; & Sultanus Cheriar qui

filiam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

filiam reginæ anno 1029 Agræ duxerat in uxorem, fuit à Rege Lahorem præmiſſus ad majores delectus faciendos; is in itinere eripuit è manibus Raſpotarum Sultanum Bolachin, & duos filios Dhanxa, & Lahorem adveniens ejecit ex arce Raſpotas omnes, eamque munivit. Rege lento itinere procedente & juxta fluenta *Rheed* venationibns tempus terente, venit ad reginam Ouziarghan cum v millibus equitum, ita ut reginæ exercitus jam xx millibus equitum conſtaret: Mahobotghanus licet ab amicis monitus ut ſibi caveret, fiducia ſuorum periculum contemnebat: Rex autem ipſo abſente, Mirzam Roſtom Kandahary ad ſe vocavit, indicans jam tempus eſſe ut ſe è manibus proditoris eriperent: Regina quoque in conſilium adhibita, idem ſenſit. Rex itaque poſtero die venatum exivit, & Ommerauwi illius undique cum copiis accurrerant, ut jam xxx millibus equitum ſepiretur, Mahobotghano nequaquam auſo cum rege egredi; licet autem regem jam è manibus ſuis elapſum cerneret, & à ſuis cuſtodiri, tamen in prætorium ad ipſum venit; verum cum regis vultum mutatum cerneret, è prætorio cum ſuis digreſſus, caſtra ſua movit, & cum copiis ſuis dimidiam coſam à regiis caſtris conſedit:

Eadem veſpera miſſus à rege ad Mahobotghanum Balantghanus cum minacibus mandatis, ut Aſſofghanum & reliquos captivos dimitteret, ſed Mahobotghanus fiducia virium adhuc tumens tum minime paruit; verum poſtea rem recta reputans via, petiit à rege, ut ſibi liceret ante fluvium *Behed* trajicere, eo enim ſuperato Aſſofghanum regi remiſſurum: diſplicuit ea condicio reginæ quæ fratrem ſuum vi è manibus Mahobotgani eripere ardebat, ſed rex tutius conſilium probavit: Mahobotghanus autem quum videret verſas rerum vices, ſeque non modo in vitæ diſcrimine, ſed etiam ignominioſi ſupplicii metu conſtitutum; Aſſoffghano ad ſe adducto ponit ob oculos, fuiſſe in ſua poteſtate atque adeo etiamnum eſſe ipſum vita privare, verum ultro ſe ipſi peperciſſe; neque diffidere tanti beneficii ipſum memorem fore, neque commiſſurum ut qui vitam ipſi conſeruaſſet, de ſua amplius periclitaretur: & juramento ab ipſo præſtito, catenas propriis manibus demſit, eumque regia veſte indutum, & præſtantiſſimis equis donatum ad Regem dimiſit: ſpondens inſuper ſe ſimulac fluenta *Aziknavv* trajeciſſet etiam filium illius, & Mirmiram, atque fratrem & generum Godiæ Abdul Haſſen ad eundem mo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

modum dimiſſurum quod & poſtea ſervavit. Gratiſſimus fuit Aſſoffghani adventus Regi; Reginæ non item, quæ advenientem irata rogavit, cur tantopere feſtinaſſet & non potius expectaſſet donec ipſa armata manu ipſum è manibus perduellis eriperet. Verum ille mortis metum cauſatus, reginam utcunque placavit; apud Regem autem beneficium à Mahobotghano acceptum minime diſſimulavit, ſeque illi merito obnoxium eſſe profeſſus eſt.

Atque ita Rex & Regina cum aulico comitatu & exercitu venerunt *Laborem*; Regina impotenti vindictæ cupiditate ardens, nihil intentatum relinquebat, ut Mahobotghanum perderet: itaque primo miſit Ametghanum conſobrinum Brahimghani, una cum Tſeffarghano, Nouradien Coulia atque Amira, cum decem millibus equitum, qui Gazam XXVI Lac. rupiarum quam Zaetghanna Mahobotghani filius è Bengala ſubmittebat, in itinere interciperent & ad ſe adducerent: conducebatur illa à quingentis Raſpotis, qui ex Agra digreſſi, jam venerant *Cheran-Chabaed*, locum muro cinctum, ibidemque ſe contra regios muniverant; aliquandiu fortiter hic à Raſpotis pugnatum, ita ut multi regiorum

rum caderent, ſed multitudine regiorum magno impetu irruente, tandem oppidum captum fuit, multi Raſpoti cæſi, cæteri dimiſſi, omniſque gaza venit in regiorum poteſtatem, & Lahorem fuit perducta.

Neque hoc contenta regina, Gannam Gannam, licet detrectantem & ob ſenium militiæ onus deprecantem, ingentibus donis & majoribus promiſſis permovit, ut exercitui, quem ad Mahobotghanum perdendum deſtinaverat, ſe ducem imponi pateretur. Mahobotghanum porro jam ſatis afflictum adhuc magis perculit filii ſui junioris Mirzæ Beyrewer defectio. Hic quum à Parente cum tribus millibus equitum *Nornon* eſſet miſſus ut Radiæ Tſetterſingh bellum inferret, parentis partes deſerens, ad arcem *Banger* ſe contulit. Erat ipſi propoſitum & theſauros parentis, qui in arce *Rantham pore* cuſtodiebantur, rapere; ſed à Motſaheybghano præfecto arcis qui in fide perſiſtebat excluſus, fruſtra fuit. Filii ſcelus ſecuta eſt & militum ipſius perfidia, qui Domini ſui theſauris direptis in diverſa abierunt.

Regem dein qui Lahori ſubſiſtebat, nuncius de obitu filii Perweſii qui *Barampora* deceſſerat, valde conſternavit, nam filium hunc ſemper dicto audien-

audientem habuerat, ideoque unice dilexerat & in ſpem regni educaverat: nunc autem ſe in arctum concluſum cernebat, nam Xa-Ziahan ipſi perduellis regnum multis calamitatibus afflixerat, Sultanus autem Cheriar regno in idoneus ob imprudentiam habebatur. Mahobotghanum quoque mors principis valde afflixit, ob mutuam amicitiam quæ inter eos viguerat; itaque rebus ſuis diffidens & à ſuis deſertus petiit *Zialor* & in arce *Zirmol* apud Radiam Zirmol divertit: filius autem illius Mirza Beyrewer, quum *Rantamboren* arcem peteret, à Ray Rottang qui *Bondii* hærebat, fuit captus & cuſtodia ſeptus.

Xa-Ziahan, qui hactenus circa Tattam hæſerat cum mille equitibus & XL elephantis, per *Teſel* profectus venit *Chobageren*, atque inde per *Ecliſſeren* ad *Naſſer-Thormet* in regno Decan; ubi à filio Melec-Amberis (qui interim deceſſerat) hoſpitio exceptus, & novis copiis fuit inſtructus.

Ganna Ganna quum jam copias ſuas coëgiſſet, ut Mahobotghanum perſequeretur, hoc anno obiit in oppido Delly atque ibidem eſt ſepultus. Iacontghanus Decanenſium Ommerauwotum facile princeps, à filio Melec-Amberis, cum quo ſemper diſcors egerat, defecit,

defecit, & Baramporen perfugit ad Ghan-Zihaian: qui Rege Decanenſi provincias regni infeſtante, relictis in oppido Barampore vidua & filio Perweſii ſub cuſtodia Laſcargani, cum XL millibus equitum & XL elephantis movit verſus Decan, & venit *Ballagatten*; atque hic interceptis literis Godiæ Hiſary ad Abdulganum, deprehendit Abdulganum in eo eſſe ut ad Decanenſes deſertis regiis perfugeret, quare ipſum ad ſe vocatum catenis illigavit, & bonis illius fiſco addictis ſub cuſtodia miſit Baramporen: inde Decanenſibus ultro recedentibus, in intima regni penetravit, pluraque oppida hactenus à bello intacta evertit; verum Decanenſes recollectis animis exercitum illius undiquaque veluti indagine cinxerunt, ita ut plurimis ſuorum partim fame, partim hoſtili gladio enectis, iniquiſſimis conditionibus cum Decanenſium Rege paciſci cogeretur, & plurima loca Regis ſui in hoſtis manus traderet, ut incolumi Baramporen liceret reverti.

Rex eodem anno blandis literis ad ſe è Bengala evocavit Gannam Zuedghanum, eique ſubſtituit Mockgribghanum, Ducatu v millium equitum attributo, qui vix quinque menſibus ea præfectura gaviſus eſt, everſa cymba

fluvio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

fluvio hauſtus, eique ſucceſſit Pheyda-Chan v millium equitum dux. Eodem tempore venit Lahorem ad Regem, Ziedborcha Legatus regis Manauwer, habens in comitatu ſuo Cadiam Abdul-Rahiem fratrem Cadiæ Cailaun, tantæ inter Manaurenſes dignationis, ob opinionem ſanctitatis, ut indigenæ Manauwer, Bocharæ, Samarchandæ, atq; Balck tantum non divinis honoribns eos venerentur, & illi regem ipſum opulentia longe præcellant: miſſi ipſis obviam Godia Abdul-haſſen, cæterique Ommerauwi regii præter Aſſofghanum, qui ſumma magnificentia illos ad Regem adduxerunt; certatum dein muneribus, nam Regina Abdul-Rahiem advenienti miſit patinam auream, cum ſcypho item aureo & pretioſiſſimis gemmis diſtincto, qui Lac rupiarum fuit æſtimatus: ille viciſſim Regi Reginæque donavit quingentos pulcherrimos drommedarios, mille generoſos equos, aulæa, porcelanas, aliaque ingentis precii: Tzied-borcha itidem adduxit à Rege ſuo duo millia equorum, & mille drommedarios, aliaque munera: ita ut nullus Legatus munera tanti precii ante ipſum ad Regem attuliſſe memoretur.

Regina Mahobotghano ſemper infeſta, miſit Amiram, Nouraldin Couly, atque Ametbeeck Chan, alioſque Ommerau-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

rauwos cum xv millibus equitum ad ipſum perſequendum; ſed Aſſofganus ſive accepti ab ipſo beneficii memor, ſive exitum tanti Ducis regno exitioſum fore ratus, Amiræ perſuaſit ut lentis itineribus procederet; quo factum eſt ut Mahobotghano tempus concederetur evadendi, qui primo *Geſſemeren*, dein ad Radiam Ranam perfugit. Filius autem illius, Ganna Zaed-ghanus benevole à rege fuit exceptus, qui illum ſecum abduxit *Caſſimeren*.

Porro quum Regi innotuiſſet Mahobotghanum latere apud Ranam, ſcripſit ad Ranam, imperans utperduellem ſuum è provincia ſua pelleret: Rana primo mandatum Regis parvi facere, ſed quum crebris literis & minis urgeretur, ad Xa-Zian, qui in arce *Guineer* inter Decan & *Oudegerad* ad limites regni Niſam-Cha, occaſionem rem bene gerendi operiebatur, dat literas, ſuggerens, quantum momentum rebus ipſius afflictis adferre poſſet Mahobotghanus; quare immemor eorum, quæ adverſus ipſum Regis juſſu feliciter geſſiſſet, virum tot injuriis à Regina affectum ad ſe accerſeret, neque de fide illius quicquam dubitaret, pro qua ipſe ſpondere paratus eſſet. Hæſit aliquádiu princeps, donec Mahobotghanus quoque ad ipſum daret literas ope-

ram.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

ramque ſuam deferret, atque ita fidem ante jurejurando pollicitus cum quingentis Raſpotis ad Principem venit, uno Watſirghano cum mille militibus ſtipatum, nam Deiaraghanus aliique Ommerauwi ab ipſo defecerant.

Inter hæc Rex Caſſimeræ ægrotare cæpit, & quum Lahorem lentis itineribus peteret, morbo invaleſcente, obiit *Bimberi* anno ſecundum noſtrum computum cIↃIↃcxxvII. Regina vidua, quæ generum ſuum Cheriaer jam ante Lahorem præmiſerat, ut Rege defuncto regni auſpicia caperet, plurimum laborabat ut exercitum regium in partes ſuas pertraheret; ſed obſtitit Aſſofganus, qui Godia Abdul-haſſen, Eratgano & aliis ſibi reconciliatis, ſororem cuſtodia ſepſit; & ne turbę propter inter regnum orirentur, in ſpeciem quidem Sultanus Bolachi, invitus & renitens, diademate ab iis redimitus; litera, tamen celerrime ad Principem Xa-Ziahan dederunt, quibus & facti ſui rationem explicabant, &ut quam ociſſime in regnum veniret, illudque capeſſeret, poſtulabant, ſe interim daturos operam ut Cheriar, qui ſine Regina nihil poſſet, in ordinem redigeretur: ſex diebus hæ literæ, licet ſexcenta Indica milliaria intereſſent, ad principem perlatæ: qui à Mahobotghano confirmatus, ſtatim

tim iter eſt ingreſſus cum VII millibus equitum, & præter *Suratten* per *Cambayam* venit *Amadabat*, cui Saffinganus præerat, principi iniquior; ſed cum è morbo decumberet, Naathaganus & reliqui Ommerauwi ſtatim ad Principem defecerunt; Aſſofghanus interim cum Rege Balochi pergebat Lahorem, Zerier autem qui regnum invaſerat, Reginæ auxilio deſtitutus, tam regis quam magnatum theſauros, qui XC lack Rupiarum exceſſiſſe dicuntur, paucis diebus effudit in milites, ut ipſos promptiores & ſibi addictiores faceret; in quo tamen fruſtra fuit; nam Aſſofghano cum copiis adventante, præcipui illius duces Xyrgodia & Amir Beeck, quos cum XX mill. equitum ſex coſ. ab urbe præmiſerat, turpiter ipſum deſeruerunt; ipſe autem fuga repetiit arcem Lahoris, eamque valide munivit; verum Aſſofghano cum majoribus copiis adventante, arx capta & Cheriar in regiorum veniens poteſtatem veneno fuit excæcatus.

Sultanus Xa-Ziahan, qui & Xa d'Gehan voluit appellari, interea iter ſuum urgebat, & Radiis omnibus, præfectis provinciarum & ducibus ſe ipſi ultro adjungentibus copias itá auxerat, ut XXX millia militum in caſtris ſuis haberet. In regno autem *Nagor* ſe ipſi conjunxerunt

po-

potentiſſimus Radia Keſſingh; & prope Aſſemer en Chan Aſem, procul Agra Radiæ Geſſingh & Zietterzingh, & plures magnates. Verum quum deſperaret ſe quiete regno frui poſſe, quandiu Cheriar, Bolachi, & patrui ſui filii ſupereſſent; miſit Radiam Bahador Lahorem, cum crudeli mandato, ut dictos principes clam è medio tolleret: Bohador dicto audiens octo diebus per diſpoſitos equos venit Lahorem, ubi dictos principes ab Aſſofghano traditos noctu crudeliter ſtrangulavit, & juxta Regem defunctum in horto ſepelivit, atque ad dominum ſuum fuit reverſus. Qui Agram interim venerat, ubi in proprio palatio, quod loco amœniſſimo ad ripas Gemenæ flu. condiderat, tantiſper ſubſedit, donec auſpicato die in arcem ingrederetur, & thronum Regium occuparet, ubi à magnatibus Sultan Xa-Bedyn Mahamet fuit acclamatus, & magna pompa coronatus. Hic quinquageſimo poſt coronationem die ad ipſum venit Aſſoſganus, cum Regina vidua ejuſque filiabus & reliquo Gynæcio, cum Sadock Chano Eradet Chano, Mir Gómle; eique theſauros Regios tradidit. Rex viciſſim ſummam ſub ſe in univerſo regno poteſtatem attribuit Aſſoſgano, eumque ſummis honoribus cumulavit.

Quum

Quum Rex ſe jam difficultates omnes ſuperaſſe, & innocentum principum cæde thronum ſuum ſtabiliviſſe opinaretur: nova diſcrimina è variis regni partibus eruperunt, quæ quietem illius perturbarunt; Nam Vſbequii cum maximis copiis irruperunt in provinciam Kabulem; Xeuf. Almuck Regnum Tattæ nitebatur ſibi retinere. Radia Ioogh hoſtilia auſus, Hindoſtanam omnem & iter quod Baramporen ducit latrociniis infeſtabat: denique duo ficti Bolachi haud parum negocii ipſi faceſſebant: ita ut novus Rex undique copias ſuas contrahere, exercitus ſuos augere, & in varias partes dimittere cogeretur. Hæc geſta fuere uſque ad finem anni cIↃ IↃ C XXVIII. Voluit hic monarcha poſt illa appellari Sultan-Scha-Bedin Mahumet. Et tot ſuorum cædibus addidit & inceſtum: nam dilectiſſima conjuge ipſo coronationis ſuæ die defuncta, ſumſit ſibi conjugem filiam ſuam è defuncta illa.

CON-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

CONCLVSIO

præcedentis commentarii, & judicium de Regis potentia.

EX his quæ in præcedentibus capitulis à nobis dicta ſunt, ex eorum relationibus qui nuper admodum res Indiæ penitus & certius luſtrarunt, ſatis ſuperque conſtabit, illos qui ſuperioribus annis de hoc imperio ſcripſerunt, multa incerta, multa quoque falſa prodidiſſe, ab iis decepti qui falſa pro veris, & incerta pro certis ipſis ſuggeſſerant. E noſtris autem patebit, Regnum Mogolis longe ampliſſimum quidem eſſe, utpote quod tot tantaſque provincias complectatur; Principis item ſummam eſſe opulentiam, infinitamque potentiam ſi multitudinem & robur militum & militares apparatus ſpectes: verum ſi rationem ineas provinciarum ſingularum; facile deprehendetur vaſtum hoc corpus multis incommodis intus & extra laborare; neque etiamnum ſatis ſtabilitum eſſe ad perennitatem. Nam ut hic taceam, quod ex præcedenti hiſtoriæ fragmento liquido patet, regnum hoc ut plurimum domeſticis diſſidiis & calamitatibus laboraſſe, dum filii parentum mortem præ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

ſtolari non ſuſtinent, ſed inter ſe & cum patente diſcordes facile inveniunt in magnatibus proclivem ad res novas tentandum occaſionem. Ne ipſum quidem regnum ita confirmatum eſt, ut non per ſe vacillet; id accidit partim è tyrannico regimine, quo fit ut ſubditi ſemper novitatum ſint avidi, & ad quaſvis occaſiones etiam leves facillimè commoveantur; partim à religionis & ſuperſtitionum diverſitate, quarum indigenæ pro ſe quique retinentiſſimi ſunt; partim denique à multitudine minorum principum, qui pro natura locorum ſe adverſus Regem, & aſperitate montium, & ſuorum multitudine atque robore tueri poſſunt, præſertim ſi aut principis imbecillitate, aut deſidia aut denique civilibus in regno diſcordiis adjuventur. Nam ex chorographica hujus regni deſcriptione manifeſtiſſime patet, multas ſub ipſo comprehendi provincias, ob aſperitatem montium difficiles aditu, & denſitate ſylvarum ita impeditas, ut magnis exercitibus ad illas aditus minime pateat, in quibus agunt Radiæ (ut vocant) jam à multis ſeculis gentilibus ſuis ob ſuperſtitionum pertinacem conſervationem chari, quidam & ita potentes & opulenti, ut brevi tempore magnum equitum peditumque numerum

coge-

cogere & alere poſſint atq; in planiciem effundere; & ſi major vis à Mogole ingruat, quam cui ſuſtinendæ ſint, rurſus ſe in montana ſua recipere, & opportunius tempus rei bene gerendę pręſtolari. Omnes autem hi minores principes, majeſtatem quidem Mogolis comiter venerantur; nonnulli quoq; ſe ſubditos agnoſcunt, & tributa pendunt, verum tanta inconſtantia, ut ſibi de obſequio illorum nihil aut parum poſſit promittere, niſi quum domi omnia quieta habet, & quum de finitimis omnib⁹ triumphavit: ſi vero aut domeſtica ſeditio aut civile bellum ingruat, aut clades aliqua inſignis à finitimis accepta fuerit, tum vero nullo negotio principes hi minores qui fere gentiles ſunt, cornua Regi Mogolum obvertunt, & non tantum jugum illius excutiunt, ſed & vicinas ſibi provincias depopulantur; atque non niſi ſumma cum difficultate rurſus in ordinem coguntur. Non pauci quoque inter illos ſunt, qui aſperitate locorum hactenus ſe ab imperio Mogolis non tantum immunes conſervaverunt, ſed etiam perpetuo cum ipſo diſcordes, imo ipſius hoſtes, provincias ipſi ſubditas infeſtant, iter per vicinas provincias agentes ſpoliant, occiduntque; aut quum humaniſſime agunt, gravia tributa ab invitis ex-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

torquent; quibus incommodis Mogolum princeps mederi neutiquam hactenus potuit; nam ſi cum valido exercitu in ipſos moveat, latronum in modum intra latibula ſua ſe recipiunt; ſi vero itinerantium caſilas præſidiariis muniat, in eos non raro inopinato tanta vi erumpunt, ut utroſque nullo negotio cædant. Quæ quum ita ſe habeant, regnum hoc Mogolis licet mole ſua vaſtum, non tamen ita validum cenſeri poteſt, qualia ſunt illorum principum regna quæ probe inter ſe unita, intus omnia bene compoſita habent, & nihil præterquam ab externis coguntur metuere. Non tamen propterea diffitendum eſt, regnum hoc longe potentiſſimum & ampliſſimum eſſe; quum tot tantaſque provincias, & populo frequentiſſimas, & omni frugum genere abundantiſſimas, denique tam variis mercium generibus quæ ab exteris expetuntur, refertiſſimas contineat. Et licet ipſi Mogoles, ab omnibus pene, bello minus apti, à non paucis quoque imbelles & effœminati prædicentur, utpote è fortiſſimis quidem gentibus & è Tataris orti, qui Aſiam quondam perdomuerunt, ſed Aſiaticis deliciis enervati (quod non paucis aliis gentibus ſuperioribus ſeculis accidit) tamen quum princeps tantos theſauros poſſideat, qua-
les

les in ſuperioribus deſcripſimus, nunquam illi milites externi deeſſe poſſunt, quibus res ſuas ſtabiliat, & potentiam ſuam tueatur atque augeat. Multum autem ipſi metuendum eſt à Perſis, præſertim ubi bellicoſum & prudentem principem nacti fuerint, qualis nuper fuit Sha-Abas, qui ipſi Kandaharan nullo pene negotio eripuit; non parum quoque à Tartaris Vſbequiis licet aſperrimis montibus ab illis ſeparetur. Ab oriente & meridie minus ipſi metuendum eſt; nam ad orientem quidem finitimi potentia nequaquam cum ipſo comparandi ſunt, & in varia regna diviſi, vix ſinguli quicquam contra ipſum audent moliri: ad meridiem Decanenſes vicinos habet, à quibus ut aut nihil aut parum ſibi metuat, ita hactenus, licet avide illud concupiverit & jam ſæpius tentaverit, illos imperio ſuo adjungere minime potuit. De Luſitanis non eſt quod dicam, qui licet maritimis copiis illi præſtent, & indigna illum pati nonnumquam cogant, quia ipſe claſſibus deſtituitur & ſubditos rerum maritimarum minus peritos habet, tamen de dominiis illius quicquam decerpere non poſſunt, licet Dium jam à multis annis ad oram regni illius poſſederint. Poſtquam autem jam portus ſuos Anglis & Belgis aperire cœpit, &

ad commercia in regno ſuo exercenda eoſdem admiſit, longe ſecuriorem ſe à Luſitanis præſtare poteſt; neque enim ipſis hodie tam facile eſt, lyburnicis ſuis præcipuos illius portus obſidere, & ipſo aut invito aut connivente à ſubditis illius qui exteras regiones navibus inviſunt, vectigalia extorquere: quum jam aliquoties tam ab Anglis quam à noſtris male accepti fuerint Luſitani, & quum ante cæteros portubus hujus principis arcerent, ipſi prohibiti & cum inſigni clade repulſi. Poſſet autem Luſitanos penitus à portubus ſuis & ab omni commercio ſecludere, niſi & magnatum, & ipſius principis avaritia obſtaret, qui munuſculis non magni interdum pretii ſe deliniri patiuntur, ut Luſitanis commercii copiam faciant; & aliis non raro fidem fallant; cui perfidiæ vectigalium imminutionem prætexunt, quæ longe opulentiora fuerint, quum Luſitani ſoli hic commercia exercerent, quam ſint hodie, poſtquam alii Europæi hic appellere & merces ſuas invehere & Indicas evehere cæperunt.

Quæſitum autem ab aliis invenio, quæ cauſæ ſint cur hic princeps tam opulentus, tot equitum peditumque potens, & ab omnibus ad bellum inferendum paratiſſimus, vicina hactenus regna impe-
tio

rio ſuo adjungere non potuerit? adfe-runt autem cauſas fere communes; conatus humanos ſenſim langueſcere; imperia quum ad magnitudinem aliquam inſignem pervenerint, ipſa mole ſua laborare & denique ruere; & quæ præterea in hanc ſententiam dici poſſunt: quæ uti vera eſſe non abnuerim, ita in hoc regno potiſſima eſſe non crediderim: nam nondum integrum ſeculum elapſum eſt, quo Mogoles hi Indiæ potentes facti ſunt; neque ea regni moles eſt ut cum antiquis monarchiis comparari poſſit; Vnde magis veriſimile puto ſuperioris principis Selimi ignaviam, & domeſticas diſcordias in cauſa fuiſſe; quod quum parens illius Achabar fines regni ad omnes pene mundi plagas partim vi, partim nominis ſui terrore produxerit; hic vix unam aut alteram provinciam acquiſiverit, nonnullas etiam amiſerit; Qui vero hodie regnat qualis futurus ſit nondum liquet, niſi quod proclive ſit judicare, regnum tot ſceleribus partum, & innocentum cæde ſtabilitum, ipſi infauſtum atque inſtabile fore.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

INDEX

Præcipuarum rerum quæ in hoc commentario tractantur.

A.

Abdulganus. 173
Achabar regnum adit. 175
Guzeraten occupat. 161
Pathanam capit. 183 *& Rhan Tambor.* 184. *Rotas arcem dolo.* 184, 185. *Kabulem in provinciam redigit.* 186. *Maſofferum ſuperat.* 187 *Bandou regulum ſuſcepit.* 188. *Elhabaſſen condit, ibid. Bengalenſes ſubjugat.* 189. *Kandaharem proditione accipit.* 189. *Caſimeren capit.* 191, 192. *Sindæ regnum occupat.* 192 *Decanenſibus bellum infert.* 194 *filium amittit.* 195. *Barar & Chandiſh prov. occupat.* 295. *Haſſer arcem deditione capit.* 296. *alterum filium amittit.* 200. *ſibi ipſi exitium parat.* 203
Adamantum fodinæ. 83
Adelhan qui & Idalcan. 153
Adelganus Tyrannus Decan. 171
Aeck folia. 213
Agra provinc. 10. *Oppidum.* 39
Agrenſis arx reſtaurata. 182
Agvvanes populi. 80

Ainga-

Aingaran regnum. 63
Amadavar oppid. 9,18
Amadanager arx. 199
Annevvar. 198
Annil glaſtum. 95. *quomodo fiat.* 98
Arequii potus. 93
Aſmere arx. 72,73
Aſſa fœtida. 98
Attack provinc. 6. *Oppidum.* 273
Aziknavv fluenta 268

B.

B Abur Mogol ingreditur Indiam. 159
Backery. 252
Badur oppid. 30. *Rex Cambaiæ.* 151
Badurpore oppid. 31
Bahar provinc. 165
Bakar. 3. *provinc.* 11
Ballagatte. 220,150,153
Balſara oppid. 17
Balzol. 240
Baman qui ſint. 113
Banaras oppid. 80,86
Banaſoed. 209
Bando provinc. 8
Bando Radzia Achabari ſe ſubmittit. 188
Bange. 209,227,244
Banger arx. 270
Bankiſh provinc. 7
Barochia vel Brochia oppid. 22,244
Baſſauvvere. 241,261

Batman pondus. 136
Beack fluv. 188
Beder urbs Decan. 154
Behat vel Bahat fluv. 3,6,62,262,268
Bengala provinc. 12,80
Berar provinc. 9,195
Rikaner oppid. 10
Billevvani qui. 118
Bilmal. 74
Bimber montes. 191
Bimbery. 275
Biſhur oppid. 7
Bochara. 190
Bolachi Cuſroes filius. 277. *Rex proclamatur.* 275. *occiditur.* 277
Bonarce oppid. 71,252
Borax. 101
Boſſovv Rahia. 64
Bouben Talouvv. 243
Braganadec oppid. 67
Brampore oppid. 9,31
Brochia vel Barochia 246
Brodera oppid. 25,242
Buckor provinc. 5
Byana. 45,47

C.

Calcia regnum. 63
Callamacka oppid. 11
Calpi provinc. 223. *fluvius.* 252
Calſery oppid. 65

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

Cambaia oppid. 8,17
Cambere fluv. 39
Camoio provinc. 65
Candiſh provinc. 9,28
Cannovve oppid. 69,46
Carode oppid. 28
Carora quid. 135
Caſcar regnum. 60
Caſsimere prov.6. domita. 190
Catteld glaſtum. 97
Cepra fluv. 8
Chaberis fluv. Ganges. 79
Chanab fluv. 3
Chandiſh 295
Changeræ montes. 172
Chantrovv fluv. 59
Chapor. 195
Chatigan oppid. 96
Cheran-chabad. 269
Chitor provinc. 8
Chinguis-Kan proſapia. 255
Chriſtena fluv. 83
Chupra oppid. 30
Cickel glaſti ſpecies. 20
Cittor caſtellum. 177. *à Mogole captum.* 178
Cole glaſtum 67
Collees populi. 19,151
Collebaga. 201
Candapoly. 83
Condavera. ibid.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

Coſa quid. 13
Cotalmaluco rex. 153, 155
Cothel. 167, 191
Cunca. 153
Cyerce vide Ziarie. 97
Cuſroes vel Guſrou major natu Selimi fil. fugit. 207. *victus à patre.* 209. *captus.* 211. *altero oculo privatus.* 214. *fratris Gorom cuſtodiæ traditus.* 230. *ab eo occiditur.* 233

D.

Daeck oppid. 13, 224
Dankaler oppid. 11
Duquem Rex. 154
Darbar vel Derbar. 55, 127
Dayca oppid. 29
Decamperga princeps. 65
Dekaka vide Daeck.
Delly provinc. 7, 50. *oppidum.* 51
Devoncan. 55
Diu arx. 27
Diul oppid. 76
Do-Ab provinc. 10, 172, 174, 174
Donna legumen. 90
Doulpore oppid. 39
Doultabad arx. 222, 249
Dovv-lager montes. 65

E.

EDer arx. 219
Elabaſſe condita. 188. *vide Halabaſſe.*

Eshi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

Eshime gemma. 142
Ethaman Doulet. 212. *filiam illius ducit Selimus rex.* 216. *obit.* 232

F.

Fauſdarius qui. 214
Fettipore oppidum. 43, 177. *ſarayum* 53
Fraßi qui. 118

G.

Gandeve oppid. 25
Gangis unda. 93
Gandetzin 199
Gaſſanie urbs Vsbecq. 249
Gauler. 210
Geſſemere. 274
Godah urbs. 73
Golconda regnum. 80, 249. *incolarum mores.* 115
Gorom fil. Selimi ad bellum Decan mittitur. 230. *Xa-ziahan dicitur.* 231. *fratrem Guſroen occidit.* 233. *Theſauros Patris conatur intercipere.* 236. *& arcem Agrenſem.* 237. *cum patre confligit & vincitur.* 240. *fugit ad Decanenſem.* 248. *Pathanam venit.* 230. *à fratre Pervveſio profligatur.* 254. *latet apud Decanenſem.* 257. *petit Aſmeren.* 264. *petit Tattam. ibid. fugit Bakar. ibid. fugit ad Decanenſem.* 272.

272. *redit Agram.* 277. *occidit cognatos.* 277. *coronatur & appellatur Sultan Sha Bedyn Mahamet.* 277
Gomanau Radia. 266
Gor provinc. 11
Gouro oppid. 80
Guate mons. 153
Gur chitto arx. 20
Guzelcan quid. 124
Guzeratte provinc. 8, 14, 15, 16, 17, &c. *incolarum mores & ſectæ.* 112. *à Mogole ſubjugata.* 182
Guzerath oppid. 59, 61
Gvvaliar provinc. 91, 37
Gvvalere oppid. 37

H.

HAiacan provinc. 5
Halabaſſe. 68. *vide Elabaſſe.*
Hamayon profligatur. 167. *fugit in Perſiam.* 169. *reperit Indiam.* 170. *obit.* 173.
Hardvvaier oppid. 11
Harrayle arx. 69
Haſſere arx. 32, 296, 258
Hendovvines populi. 115
Hoggei qui. 109
Huſſoe caſtrum. 69

I.

IAnagar oppid. 5
Ianbuyſſar oppid. 24

Iarneo quid. 123
Ieloure arx. 26
Iemini vide Semena.
Ienba prov. 7
Iongapur prov. 7
Ieſelmere prov. 6
Ieſual prov. 12
Imadmaluco. 153
India veterum. 1. *Indiæ hodiernæ fines* 2. *cœli ſolique ratio.* 88. *incolarum ingenia, mores, ritus, ſuperſtitiones.* 103, 116.
Indus flu. 3. *ejus oſtium.* 75
Ingu aſſa fœtida. 98
Iokanat oppid. 12
Iounpore oppid. 71
Iſſempore. 243

K.

Kabul provinc. 5, 62. *oppidum.* 4
Kakares provinc. 11
Kalanor. 173
Kanda flu. 11
Kandahaar provinc. 4. *recipitur à Perſa.* 135. *oppidum.* 78
Kanduana provinc. 12
Kangra arx. 229
Kankry. 241, 243
Kaoack potus. 94
Kapperbennizium. 242
Karamemecpore. 179

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

Kaul flu. 7
Kebuli mirobalani. 60
Kerakathenc oppid. 12
Kerkv Decan. Regia. 222
Khery. 250
Khor provinc. 224
Khoeſtan montana. 173
Kitſery cibus. 117
Kobha potus. 94

L.

LAcca flu. 77
Lacka vel Leeka quid. 135
Lachnoun. 175, 179
Laccanovve Empor. 70
Laelſoed. 141
Labor oppid. 6, 54
Latir flu. 211
Lecka quid. 135
Leskar caſtra Regis. 149
Lingul oppid. 30

M.

MAdafeldabar. 28
Mahauti qui. 118
Mahobotganus in aulam vocatur 259. *Regem capit.* 262. *deſeritur à filio & ſuis.* 271. *latet apud Ranam.* 274. *ad Gorom proficiſcitur in Decan.* 274
Malua provinc. 8, 35
Manauvver regnum. 273
Mandoa civitas. 34, 247

Marvæ montes. 20,71
Maſſa quid. 135
Maſſalgeæ qui. 56
Maſſoferi rebellio. 186. *interitus.* 187
Matta idolum 10
Maune quid. 136
Maurehaner prov. 190
Mearta oppid. 73
Medenpore. 255
Melec Amber Decan R. 220. *fugit.* 222
Mogoles è regno ejicit. 256
Menepore 68
Mevat prov. 12,176
Mevat montana. 240
Modafar. 162
Moeckhani. 37
Mogolis imperii limites. 4
Mogoles Delly occupant. 151. *effœminati.* 149
Momodabad. 243
Mugg Rahia. 66
Multhan prov. 5,87. *oppid.* 3,76
Municpote. 252
Muſilipatan. 67,80

N.

Nacanpore oppid. 28
Nackhoder fl. 239
Nagrakuth prov. 10
Nardabah flu. 9
Narnol oppid. 12

Nar-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

Naruar prov.9. fluvius. 33
Naſſer Tormet in Decan. 271
Naßier Throm. 248
Nau. 165
Neparkuth oppid. 64
Nerebeda fluv. 196, 247
Nilab fluv. 4, 6
Niriand oppid. 25, 244
Nizamaluco R. 153
Nonderbar oppid. 30
Noruuar oppid. 37
Nourzian R. uxor. 217
Nouti glaſtum. 97
Numiſmata Indiæ. 135

O.

ODia. 224, 267
Oktay-Kahon. 255
Opium. 100
Oracca potus. 94
Orixa. 80, 87, 250
Oſman-chan. 224, 225
Oſſeen provinc. 201
Oudee oppid. 70
Oudepore. 218, 221
Ougolee portus. 66
Oves Indicæ. 90

P.

PAng-ab flu.3. provincia. 6, 52
Pannepur. 52, 174

Paran.

Paranda. 154
Paruan oppid. 61,62
Patan provinc. 12
Patanauvv oppid. 80,86
Patang oppid. 176
Patna provinc. 12
Perſelis fluv. 11
Peruveſius Selimì filius patri occurrit. 240. *fratrem Gorom fugat.* 248. *denuo profligat.* 254. *obit.* 270
Peyſa nummi. 135
Pherriebade. 239
Phettabad. 244
Pipilee portus. 66
Pitan provinc. 11
Pormandel. 221
Potana oppid. 69
Punkavvas qui. 128
Purhola oppid. 11
Purrop. provinc. 13,66,67

R.

Radiapore vide Broder 2.
Radia Com. 228
Radia Mahal. 212,250
Radia Rattas arx. 165
Ragmehel oppid. 12
Raiapore oppid. 12
Rana princeps. 221,177
Rantas caſtell, 210,251
Rantipore oppid. 8,38

Rani-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

Ranichandes. 70
Raſpotæ populi. 114,149
Ratambore arx. 259
Ravee fluv. 3
Recander ghanus. 172
Reed fluv. 266
Rehen. 198
Rehenkera. 248
Rhan Tambor caſtell. 184
Roch provinc. 13
Rotas arx. 38. in Barar. 184
Roup Matty. 185
Rupiæ nummi. 135

S.

SAl armoniacus. 52
Sal petroſus quomodo fiat. 101
Salgema. 98
Sanbal provinc. 10
Sambel. 175
Sarampore oppid. 35,185
Sarques oppid. 21
Saray diverſoria. 105
Scah quid notet. 104
Secander rex Delly. 159
Scanderbade oppid. 49
Sceiches qui. 180
Secandra oppid. 43,205
Selimus patri rebellis. 197. *ſimulat pœnitentiam.* 299. *redit ad patrem.* 203. *regnat.* 205. *filium Cuſroen profligat.*

gat. 209. petit Kabulem. 211. ducit Nourziam. 217. gerit bellum cum Decanenſibus. 220. Ranam ſupplicem admittit. 221. Khor & Calpi ſubjugat. 225. Caßimeren adit. 227, 229, 249. capitur à Mahobotgano. 263. liberatur. 268. moritur. 275
Selvidares qui. 118
Semena fluv. al. Iemini. 7
Serenager oppid. 65
Shapur oppid. 9
Siavend caſtell. 218
Siba provinc. 11
Sietmegus fluv. 57
Sind-kerry oppid. 30
Sind fluv. 3
Siranaker oppid. 6, 62
Sirynam oppid. 52
Sißimere. 218
Solapor. 154
Scor. 201
Soret provinc, 5
Sultanpore. 209
Sura potus. 93
Suratte oppid. 15
Syrange oppid. 36

T.

TAcka quid: 135
Taddy potus. 91
Tanda emporium. 80, 86

Tapte

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

Tapte fluv. 9.9.15
Tatta vel Tutta provinc. 5. oppidum. 75
Taulnere oppid. 30
Taxapore oppid. 33
Temmery oppid. 64
Teukes lancea. 142
Teymurlanis progenies. 155,158
Thaliegera. 223
Thombel deſertum. 266
Thonec elix gangis. 253
Tibbon regulus. 62
Toli quid. 135
Tſatſan fluv. 175
Tſeray. 142
Tſioutſa. 180,188,183
Tzeerchanus Hamayonem profligat. 165. *capit Lahorem.* 168. *moritur,* 171
Tzerhinda. 167
Tzeon amnis. 174
Tzenab fluv. 210
Tziauhaen oppid. 178
Tzilnar oppid. 171
Tziunar arx. 252
Tzinnab. 261

V.

V*An fluv.* 58
Vdeſſa provinc. 12
Verido rex. 154,155
Vgen oppid. 8
Via flu. 3

Viſa-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

Viſapor. 154
Vtrad provinc. 13

W.

WAſir quis. 159
Waſſet. 242

X.

Xa-holam Rex. 152

Y.

Yar-chaun oppid. 61,65

Z.

ZAnteles curſores. 118
Ziahiangier. R.Mogol. 206
Zialor. 271
Ziarie vide Cyerce. 97
Ziaunpore. 185,180,252
Zietelpore. 244
Zirmol arx. 271

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 D 25